<sup>17</sup> lucis istius **R**] *inv.* **V**.

<sup>18</sup> infusionem] divinae *add.* **V**.

<sup>19</sup> igitur **R**] ergo **V**.

<sup>20</sup> rationalibus **V**] rationabilibus **R**.

creaturis ad<sup>1</sup> hoc ut in<sup>2</sup> tam nobilissimam<sup>3</sup> deveniamus<sup>4</sup> notitiam<sup>5</sup> aliqualem<sup>6</sup> receptionem istius luminis per radium obliquum nobis transmissam comprehendere. Qui quidem radius essentiam rei cognitae<sup>7</sup> minime<sup>8</sup> ostendit,<sup>9</sup> sed per multa media, quasi per nubem intuendo solem, intellectus humanus claritatem istam mole<sup>10</sup> corporis oppressus nullus<sup>11</sup> nisi per quandam<sup>12</sup> similitudinem poterit speculari. Ipsa tamen anima rationalis recolens<sup>13</sup> suae dignitatis et nobilitatis cum convertit<sup>14</sup> se supra se memor quam iocundum<sup>15</sup> et<sup>16</sup> quam amoenum sit istud<sup>17</sup> verissimum bonum ab omnibus desideratum, a quo tanta excellentia<sup>18</sup> fuit decorata,<sup>19</sup> naturali appetitu desiderat<sup>20</sup> in eius cognitionem pervenire.

Cui consonat Philosophus in<sup>21</sup> principio Metaphysicae veteris<sup>22</sup> dicens quod omnes homines natura scire desiderant. Ad quam scientiam habendam ipsa anima fuit creata, auctoritate Augustini dicentis<sup>23</sup> in De differentia spiritus et animae quod anima rationalis ad similitudinem

<sup>1</sup> ad hoc **R**] *om.* **V.**

<sup>2</sup> in **R**] *om.* **V.**

<sup>3</sup> nobilissimam **R**] nobilis scientiae **V.**

<sup>4</sup> deveniamus] ad *add.* **V.**

<sup>5</sup> notitiam **V**] notiam **R.**

<sup>6</sup> aliqualem] et *add.* *De Rijk.*

<sup>7</sup> cognitae] directe *cj.* *De Rijk.*

<sup>8</sup> minime **R**] nunc **V**; non *cj.* *De Rijk.*

<sup>9</sup> ostendit **R**] potest ostendere **V.**

<sup>10</sup> mole corporis oppressus] mole[[m]] corporis oppressam **R**; mole carnis oppressus **V** *ante* claritatem.

<sup>11</sup> nullus] nullatenus *cj.* *De Rijk.*

<sup>12</sup> quandam **R**] *om.* **V.**

<sup>13</sup> recolens – cum **R**] *om.* **V.**

<sup>14</sup> convertit se **R**] convertitur **V.**

<sup>15</sup> iocundum **V**] iocundus **R.**

<sup>16</sup> et **V**] *om.* **R.**

<sup>17</sup> istud **R**] illud **V.**

<sup>18</sup> excellentia fuit **R**] *inv.* **V.**

<sup>19</sup> decorata] <et> *add.* *De Rijk.*

<sup>20</sup> desiderat] *post* cognitionem *loc.* **V.**

<sup>21</sup> in **R**] *om.* **V.**

<sup>22</sup> Arist., *Metaph.* I.1.980a21.

<sup>23</sup> dicentis – animae **R** (*sed* differentiis *pro* differentia)] in libro de differentia spiritus et animae dicentis **V.** *Fons est Anonymi Quid sit anima*, ed. E. Bertola, *Rivista di Filosofia Neo-Scolastica* 58 (1966) 581: “Anima ad similitudinem totius sapientiae facta, omnium in se similitudinem gerit”.

totius sapientiae<sup>1</sup> facta omnium rerum in se gerit similitudines, quasi apti/R 1rB/tudo animae naturaliter ordinata est ad sciendum. Qua<sup>2</sup> scientia cum ipsa anima ob<sup>3</sup> sui coniunctionem cum corpore fuerit<sup>4</sup> spoliata multiformiter praedictis dolet se denudari, secundum quod dicit Boethius<sup>5</sup> in V<sup>o</sup><sup>6</sup> De consolatione philosophiae de anima ipsa dicens "Nunc membrorum condita nube<sup>7</sup> /V 1rB/ in totum est oblita sui summamque<sup>8</sup> tenet singula perdens".

**R:** Ex praedictis igitur patet quod anima rationalis plenitudinem divinae notitiae in ista vita per visionem rectam minime poterit apprehendere. Cuius rei defectus non est a parte divinae sapientiae sed potius humanae condicionis nostrae.

Secundum quod dicit Algazel in quinto Metaphysicae quod quicquid factum est, factum est †ut potuit esse factum†.<sup>9</sup> Secundum quod dicit Plato in Timaeo<sup>10</sup> ab optimo omnis relegata est invidia ita<sup>11</sup> quod consequenter cuncta sibi similia

**V:** Ex praedictis igitur patet quod anima rationalis nubilo carnis opprimente divinae sapientiae cognitionem seu plenitudinem in hac vita per visionem sive per radium rectum apprehendendo minime poterit obtinere. Cuius rei defectus a parte non divinae sapientiae sed nostrae potius humanae condicionis existit.

Secundum quod dicit Algazel in decimo suae Metaphysicae quod quidquid est factum, factum est ob hoc ut possit esse perfectius. Auctoritate etiam Platonis libro suo Timaei: ab optimo, inquit, invidia relegata est, ita ut convenienter cuncta sibi similia effici voluit prout

<sup>1</sup> sapientiae] dei add. V.

<sup>2</sup> qua] quoniam R; quia {vel quam} quidem V.

<sup>3</sup> ob sui coniunctionem V] coniunctione vel coniunctionem R.

<sup>4</sup> fuerit – denudari R] actualiter spoliatur, dolet admodum se predictis multiformiter denudari V.

<sup>5</sup> Boethius, *Consolatio* V.III. 22-24: "Nunc membrorum condita nube / non in totum est oblita sui / summamque tenet singula perdens".

<sup>6</sup> V<sup>o</sup> R] libro V.

<sup>7</sup> nube] non add. *De Rijk textum Boethii tacite secutus, sed neque in R neque in V extat.*

<sup>8</sup> summamque textu Boethii nisus scripsi] summam quam R; summa quam V.

<sup>9</sup> In Algazele non inveni.

<sup>10</sup> Plato, *Timaeus* 29e, Plato Latinus IV: 22.19-20: "ab optimo porro invidia longe relegata est. Itaque consequenter cuncta sui similia, prout cuiusque natura capax beatitudinis esse poterat, effici voluit."

<sup>11</sup> ita quod consequenter cuncta] ita quod ante omnia R; ita ut convenienter cuncta V; ista ut convenienter cuncta ed. *De Rijk*; itaque consequenter cuncta *Plato l.c.*

prout natura eius capax beatitudinis esse poterit effici voluit.

Ut igitur receptionem praedicti luminis in nostras animas irradiantem habeamus, creaturarum cognitionem habere debemus, ut per cognitionem ipsarum per radium obliquum, tamquam per effectum in causam, deveniamus in cognitionem creatoris, quod debet esse summum acceptabile in vita ista, secundum Augustinum<sup>1</sup> dicentem quod tantae dignitatis est humana condicio quod nullum bonum praeter summum potest ei sufficere.

Et Tullius in libro De senectute ait:<sup>3</sup> "Ob hoc nobis animus ex altissimo dei domicilio datus est ut caelestium motus et ordines contemplaremur et contemplando sequeremur."

Quod Aristoteles in libro suo De somno dicit:<sup>4</sup> "Illos liquet esse sapientes qui superna tota mentis acie requirunt et quaesita

natura cuiusque beatitudinis potuit esse capax.

Ut igitur receptionem praedicti luminis irradientem in nostras animas habeamus, creaturarum utique cognitionem habere debemus, ut per cognitionem ipsarum per radium obliquum, tamquam per effectum in causam,<sup>2</sup> deveniamus in cognitionem alacriter creatoris, quod debet esse summum acceptabile in hac vita, secundum quod dicit Augustinus quod tantae dignitatis est humana conditio quod nullum bonum potest ei sufficere praeter summum.

Hoc etiam auctoritate Tullii libro suo De senectute habetur: "Ob hoc," inquit, "ex altissimo dei domicilio nobis animus datus est ut caelestium motus et ordines contemplaremur et contemplando etiam sequeremur."

Item, etiam libro suo De somno dicit: "Illos liquet esse sapientes qui tota mentis acie superna circumspecte requirunt et quaesita sagacia diligentia comprehendunt".

<sup>1</sup> Ps.-Augustinus, *De spiritu et anima* 14, PL 40: 790.

<sup>2</sup> causam RV] tantam ed. De Rijk.

<sup>3</sup> Cicero, *Cato Maior* XXI.77: "est enim animus caelestis ex altissimo domicilio depresso et quasi demersus in terram, locum divinae naturae aeternitatis contrarium. Sed credo deos inmortales sparsisse animos in corpora humana, ut essent qui terras tuerentur quique caelestium ordinem contemplantes imitarentur eum vitae modo atque constantia."

<sup>4</sup> Macrobius, *Commentarii in Somnium Scipionis* I.8.3: "eos tantummodo dicunt esse sapientes qui superna et acie mentis requirunt et quaerendi sagaci diligentia comprehendunt".

sagaci diligentia  
comprehendunt".

Necessaria est ergo scientia  
rationali creaturae.

Creatus fuit autem homo in triplici perfectione: in summa iocunditate quoad corpus cedit; in summa sapientia quoad animam, in summa bonitate quo[d]ad utrumque. Sed per peccatum primi hominis cecidit iam posteritas. In opposita praedictorum valet [in]tristitia[m] contra primum, ignorantia contra secundum, [in] malitia autem contra tertium.

Verumtamen ut ab istis humana natura posset incommodis relevari, concessae sunt sibi artes, scientiae, virtutes et quibus homo naturaliter appetendo perficiatur et crescat <ut> in cognitionem /V 1vA/ denique perveniat creatoris.

Scientia autem est aut creatoris, aut creature. Creatoris autem scientia non habetur in vita ista nisi per creatur<ar>um cognitionem obliquo quidem radio acquisitam. Creaturarum autem scientiae duplex est exitus [est] in esse, primus scilicet et secundus.

Primus quidem, ut habetur principio Veteris Metaphysicae,<sup>1</sup> est per viam admirationis; admirando, inquit, presbyteri in Aegypto inceperrunt utique<sup>2</sup> philosophari. Secundus vero exitus in esse est tripliciter:<sup>3</sup> aut per viam inventionis in studium, et ad hunc confert maxime sensus visus, et sic habuerunt philosophi,

---

<sup>1</sup> Arist. *Metaph.* I.1.980a22-23.

<sup>2</sup> utique V] ubique ed. *De Rijk*.

<sup>3</sup> tripliciter V] triplex ed. *De Rijk*.

qui<a> visus<sup>1</sup> nobis differentias rerum ostendit; aut per doctrinam, et ad hunc maxime confert auditus, et sic scholares moderni; aut per inspirationem, et ad hunc confert maxime honesta munditia intellectus<sup>2</sup> deum utique pro ceteris reverendo, et hoc modo sancti viri.

**R** Scientia autem rerum creatarum duplex est, quae duplē supplet defectum humanae condicionis. Una supplet defectum a parte corporis, /R 1vA/ alia vero a parte animae. Prima vocatur mechanica, id est adulterina, quae consistit in operatione manuum, ut carpentaria. Et huiusmodi dicitur adulterina quia formam in materiam introducit ex alieno patre quam a proprio, sicut ab artifice et non a natura, ad modum filii adulterini.

Alia vero vocatur scientia liberalis. Et sunt septem. Quarum tres sunt de sermone, reliquae vero quattuor sunt de rebus. Primae autem tres faciunt trivium, scilicet grammatica, dialectica, rhetorica. Aliae quattuor faciunt quadrivium, scilicet arithmeticā, musica, geometria et astrologia.

Et dicuntur liberales quia liberi sole<ba>nt eas addiscere

Scientia autem rerum creatarum duplex est, quae duplē supplet defectum humanae condicionis. Una est a parte corporis, alia vero a parte animae.

Prima vocatur mechanica, id est adulterina, quae consistit in operatione manuum, ut carpentaria et huius<modi>, et dicitur adulterina quia ad modum filii adulterini non a natura sed ex alieno patre, sicut ab artifice forma in materiam introducitur.

Alia vero vocatur scientia liberalis. Et sunt septem. Quarum tres sunt de sermone, reliquae vero quattuor sunt de rebus. Primae autem tres constituant trivium,<sup>3</sup> scilicet grammatica, dialectica, rhetorica.

Aliae vero quadrivium, scilicet arithmeticā, musica, geometri[[c]]a, astronomia.

<sup>1</sup> visus – ostendit] cf. Arist., *Metaph.* I.1.980a26-27,

<sup>2</sup> intellectus *scripti*] intelligit V; <quae> intelligit *De Rijk*.

<sup>3</sup> trivium R] inīcium V.

vel quia liberant hominem a curis terrenis.

Et dicuntur liberales quia solum eas solebant addiscere filii liberorum vel quia a terrenis curis hominem liberant et mundanis.

Inter autem septem logica est tamquam ancilla in hoc quod servit aliis. Sed est tamquam domina earum in quantum regulat alias et regit, sine cuius ductu omnes aliae scientiae claudicando procedunt.

Inter autem septem logica potest esse domina et ancilla: est enim tamquam ancilla in hoc quod deservit aliis et ministrat. Sed est tamquam domina in quantum omnes alias regendo regulat et gubernat, sine cuius<sup>2</sup> ductu omnes aliae scientiae claudicando procedunt tamquam remigio destitutae.

Et ideo ista venerabilis logica tamquam aliarum domina regularum per se quidem et prius et non simul cum aliis ipsam /V 1vB/ diligenter utique ampl<e>ctendo est ferventi animo appetenda.<sup>3</sup>

Unde Aristoteles in sexto Metaphysicae:<sup>1</sup> malum est simul quaerere scientiam et modum sciendi, i.e. logicam et aliam scientiam. Res autem sine modo parum valet, nec scientia aliqua sine logica.

Unde Aristoteles sexto Metaphysicae: malum est, inquit, simul scientiam quaerere et modum sciendi, i.e. logicam, et aliam scientiam. Res autem sine modo, ut ibidem scribitur,<sup>4</sup> parum valet, quare<sup>5</sup> nulla scientia sine logica est quaerenda ne absque valore procedat.

Unde Seneca:<sup>6</sup> qui dialecticam ignorat se non audeat philosophum profiteri.

Unde Seneca: qui dialecticam ignorat non audeat se philosophum profiteri.

<sup>1</sup> *Immo in secundo*: vide Arist., *Metaph.* II.3.995a13-14.

<sup>2</sup> cuius ductu R] conductu V.

<sup>3</sup> appetenda V] appetendo ed. *De Rijk*.

<sup>4</sup> *Nil tale in loco laudato*.

<sup>5</sup> quare] quia V.

<sup>6</sup> *Hoc apud Senecam frustra quaesivi*.

Et etiam Tullius:<sup>1</sup> sicut navis sine nauta est descendens in perditionem fluctibus in adversis, sic scientiae sine logica tempestate disputationis multiformiter periclitantur.

Et Commentator dicit quod dialectica est scientia scientiarum sicut manus organum organorum.

Valet enim ad scientias alias principaliter propter quattuor causas. Prima est quoniam docet cognoscere quid verum, quid falsum. Secunda est quia probat principia aliarum scientiarum si negentur ab aliquo. Tertia est quia<sup>2</sup> dat modum sciendi et argumentandi<sup>3</sup> scientiis, cum omnes aliae scientiae utantur modo quodam argumentandi. Quarta est quia dat /R 1vB/ exercitium loquendi et declarandi illud quod homo habet in mente.

Circa quam scienda sunt tria. Quorum primum est quis fuit causa efficiens logicae. Secundum de quo tractat dialectica. Tertium quis sit eius finis.

Idem Tullius etiam: sicut navis sine nauta atque remigio destituta descendit in perditiones varias fluctibus in adversis, sic scientiae tempestate disputationis periclitantur multiformiter titubantes.

Idem etiam Commentator Averroes: dialectica, inquit, est scientiarum scientia, sicut manus est organum organorum.

Valet enim ad alias scientias principaliter dialectica propter quattuor causas. Prima est quia docet cognoscere quid verum et quid falsum. Secunda autem quia probat principia aliarum scientiarum si ab aliquo denegentur. Tertia est quia dat modum sciendi et argumentandi scientiis universis, cum omnes quodammodo scientiae modo argumentandi<sup>4</sup> utantur. Quarta est quia dat exercitium loquendi et ea declarandi quae apud homines sunt in mente alteri<sup>5</sup> exprimendo.

Circa quam tria principaliter sunt scienda. Primum est quid sit causa efficiens logicae. Secundum est de quo tractatur in logica. Tertium est quis finis ipsius.<sup>7</sup>

---

<sup>1</sup> Apud Ciceronem hoc frustra quaeres.

<sup>2</sup> quia V] quae R.

<sup>3</sup> argumentandi V] arquendi R.

<sup>4</sup> argumentandi] argu[[a]]endi V.

<sup>5</sup> alteri V in margine, ut conicere licet, quamvis correctionem ibi appositam legere nequiverim] [[aliter]] V in contextu.

<sup>7</sup> ipsius V] propinquus ed. De Rijk.

Primum patet, quod  
Aristoteles est causa efficiens.  
Ante enim tempus suum nihil fuit  
de arte tractatum, sed ipse solus  
totam logicam et scientiam  
naturalem et moralem  
sufficienter adinvenit.

De quo Commentator<sup>1</sup> in tertio  
De anima: "Credo quod natura  
formavit istum hominem ut per  
ipsum possent narrari secreta  
naturae."

Secundum sic patet: Tria sunt  
de quibus terminatur in scientia:  
subiectum, partes subiecti et pro-  
prietates partium. Subiectum in  
logica est syllogismus, partes  
eius sunt propositio et oratio,  
proprietates partium sunt  
affirmatio et negatio et oppositio.

Tertium sic patet: Finis dialec-  
tiae cognitio veri, et falsi per  
accidens.

De istis tribus patebit in se-  
quentibus.

Sed quia libri Aristotelis

Primum<sup>3</sup> patet, quoniam  
Aristoteles est causa efficiens  
logicae. Ante enim tempus suum aut  
parvum aut nihil fuerat de ista arte  
tractatum, sed ipse solus  
philosophorum subtilissimus totam  
logicam et naturalem scientiam et  
moralem sufficienter per Dei  
gratiam adinvenit.

De quo Commentator Averroes  
tertio De anima loquens ait: "Credo  
ut natura formavit istum hominem ut  
per ipsum ipsius naturae secreta  
possent subtiliter relevare."<sup>4</sup>

De secundo sic. Tria sunt de  
quibus in scientia determinatur,  
scilicet subiectum, partes subiecti et  
proprietates subiecti. Subiectum  
autem in logica est syllogismus,<sup>5</sup>  
partes vero ipsius sunt propositiones  
et oratio, proprietates /V 2rA/ autem  
partium sunt affirmatio et negatio et  
oppositio.

De tertio sic: Finis enim dialec-  
tiae est cognitio veri, et falsi per  
accidens. Logicus principaliter  
considerat [et] verum et falsum.

De ipsis autem tribus praedictis  
patebit in sequentibus divina nobis  
gratia inspirante.

Verum quia in libris Aristotelis

<sup>1</sup> Commentator tertio De anima R] Commentator Averroes tertio De anima loquens ait V. Averroes, *Comm. de An.* III.14, p. 433 Crawford: "Credo enim quod iste homo fuit regula in Natura, et exemplar quod Natura invenit ad demonstrandum ultimam perfectionem humanam in materiis."

<sup>3</sup> primum] <Circa> primum *De Rijk*.

<sup>4</sup> relavari] relevare V.

<sup>5</sup> syllogismus] sy[[ntilis]] V.

sunt difficiles ad intelligendum, ideo<sup>1</sup> diversi magistri diversos libros introductorios composuerunt in libros<sup>2</sup> Aristotelis. Inter quos magister P. Hispanus istos tractatus in dialecticam ad petitionem quorundam discipulorum edidit, in quibus in brevi continentur et sub compendio ea quae in libris Aristotelis continentur.

In principio cuiuslibet libri VI sunt inquirenda.

Primum est quae causa efficiens huius libri, quoniam magister P. Hispanus, qui totum tractatum composuit ad meliorem introductionem scholarium in artem dialecticam.

Secundum quid causa materialis, quoniam syllogismus, ut ‘omne animal est substantia, omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia’. Partes eius ut orationes et partes orationis. Proprietates partium ut affirmatio et negatio, convenientia,

est dialectica tradita difficiliter, ideo ratione intelligentiae amplioris studuerunt diversi auctores temporis retromissi[s] quosdam libros seu tractatus introductores in artem huiusmodi<sup>4</sup> compilare, quibus cognitis scientia Aristotelis limpidius elucescat. De quorum numero fuit magister Petrus Hispanus. Cuius tractatum ad maiorem in[[d]]roductionem scholarium in arte dialectica compilantem ad praesens per Dei gratiam sumpsimus ad [[di]]legendum.

Patet ergo quae sit causa efficiens huius libri, quod magister Petrus Hispanus. Qui quorundam nobilium precibus condescendens ad maiorem intelligentiam logicae edidit hunc tractatum. Et est causa efficiens teste Boethio quod movet et operatur ad hoc ut res sit.

Causa vero materialis est syllogismus consideratus in se et in suis partibus et proprietatibus earundem.<sup>5</sup> Quae autem ista sunt, superius dictum est. Et <est> causa materialis teste eodem Boethio ex qua cum aliquo fit aliquid.

<sup>1</sup> ideo] *lectio incerta* R.

<sup>2</sup> libros] *libris* R.

<sup>4</sup> huiusmodi V *in margine*] [[h9mo(di)]] V *in contextu*.

<sup>5</sup> earundem] *eorundem* V.

aequipollentia, ut postea  
patebit.

Tertium est quae est causa  
formalis, quia duplex est:  
forma tractandi et forma  
tractatus. Forma tractandi est  
modus agendi, forma tractatus  
est divisio libri in sui partes et  
sui capitula.

Quartum est quid sit causa  
finalis. Causa finalis est triplex:  
propinqua cognitio eorum quae  
in hoc libro tractantur; /R 2rA/  
remota cognitio librorum  
Aristotelis; remotissima perfectio  
anima rationalis.

Quintum est titulus. Titulus  
talis est: INCIPIUNT INTRODUC-  
TIONES MAGISTRI P. HISPANI.

Sextum<sup>1</sup> est cui parti philoso-  
phiae supponatur, quoniam ser-  
mocinali.

Causa vero formalis est duplex:  
forma tractatus et forma tractandi.  
Forma vero tractandi idem est quod  
modus agendi. Modus autem est tri-  
plex, scilicet definitivus, et iste  
datur per Priora; divisivus, et iste  
datur per Posteriora; collectivus,  
quando scilicet probatur et  
improbatur. Si autem sit  
exemplorum positivus, hoc non est  
de esse, sed de bene esse. Unde  
Aristoteles:<sup>4</sup> exempla ponimus non  
ut ita sint sed ut sentiant hiis qui  
addiscunt.<sup>5</sup> Et est causa[[m]]  
formalis que dat esse rei et  
conservat rem in esse.

Causa vero finalis est triplex, sc.<sup>6</sup>  
propinqua, remota et ultima. Propin-  
qua est cognitio eorum que in hoc  
libro traduntur. Remota est facilio-  
rum cognitio librorum Aristotelis.  
Ultima est perfectio animae ratio-  
nalis. Anima \enim/ creata est  
imperfecta, perfectibilis autem  
virtutibus et scientiis.

Quintum est quid sit titulus  
[titulus]. /V 2rB/ Titulus autem talis  
est: INCIPIUNT INTRODUCTIONES  
MAGISTRI PETRI HISPANI.

Sextum est cui parti philosophiae  
supponatur, quoniam sermocinali  
sicut dialectica.

---

<sup>1</sup> sextum] VI<sup>o</sup> R.

<sup>4</sup> Arist. *APr.* 1.41.49b34–50a2. *AL* 3.1-4: 82.1-7: “nihil enim utimur eo quod hoc aliquid  
sit, sed [...] Expositione autem utimur velut qui dicunt ut sentiat discens”. Cf. *Aucto-  
ritates Aristotelis* 34.16: “Exempla ponimus non quod ita sint sed ut sentiant addiscentes  
quae addiscunt.”

<sup>5</sup> addiscunt] addiscit V.

<sup>6</sup> sc.] si V.

## Tractatus VI. De suppositionibus secundum codicem R

### LECTIO VI.I

**R 34vB** <VI.1, 79.3> EORUM AUTEM QUAE DICUNTUR etc.

Determinatum est de syllogismo et de partibus [[eius]] syllogismi. In hac parte intendit determinare de proprietatibus partium syllogismi, quia, ut dicit Aristoteles in libro Posteriorum, in eadem scientia determinatur de subiecto et partibus subiecti et de proprietatibus partium subiecti, et ideo [iam]<sup>1</sup> cum iam determinatum sit de [fe] syllogismo et partibus eius, nunc intendit determinare de proprietatibus partium, quae sunt sex: suppositio, relatio, ampliatio, restrictio, appellatio, distributio; /R 35rA/ inter quas solum intendit hic determinare de suppositione, cum eius cognitio sit necessaria ad cognitionem fallaciarum, quia si eius cognitio non esset necessaria[[s]] ad fallacias cognoscendas, ipse non determinaret hic de ipsa.

Dividitur ergo istud capitulum in partes duas, quia in prima praemittit quaedam utilia quorum cognitio est necessaria ad cognitionem suppositionis, in secunda prosequitur de suppositione; secunda ibi <VI.3, 80.8> Suppositio est. Prima in tres: in prima dat tres divisiones, in secunda definit significationem, in tertia dividit significationem; secunda ibi <VI.2, 79.11> Significatio prout; tertia ibi <VI.2, 79.17> Significationis alia est. Prima cum praecedentibus est praesentis lectionis, et dividitur in partes tres, quia in prima definit suppositionem, in secunda ponit differentiam inter suppositionem et significationem, in tertia definit copulationem; secunda ibi <VI.3, 80.9> Differunt autem, tertia ibi <VI.3, 80.17> Copulatio est.

**D VI.I.1** Sed dubitatur quare ipse ponit illas duas divisiones “Eorum etc.”. Ad quod dicendum quod ipse intendit<sup>2</sup> hic determinare de suppositione; et cum<sup>3</sup> suppositio non sit proprietas cuiuslibet vocis sed vocis incompleiae dicentis rem alicuius generis, ideo ad hoc cognoscendum tantum posuit sive praem<is>it illas duas divisiones.

---

<sup>1</sup> iam] *lectio incerta; fortasse vox a scriba deleta.*

<sup>2</sup> intendit] *incedat R.*

<sup>3</sup> et cum] *n(un)c R, ut videtur.*

**D VI.I.2** Secundo dubitatur de distinctione significationis cum expositione. Et dicendum quod in significatione sunt tria: vox significans, res significata et repraesentatio rei per vocem, *<quae<sup>1</sup>>* est significatio. Sed si tu quaeras a[d]<sup>2</sup> me “Quid est illa repraesentatio?”, dico quod est quaedam placenta animae ut talis res repraesentaretur per talem vocem.

**D VI.I.3** Nunc poteris quaerere “Quare hic determinat de significatione?”. Dicendum quod cum significatio habeat convenientiam cum suppositione, ideo determinat hic de significatione, ut postea melius appareat differentia inter significationem et suppositionem.

**N VI.I.1** *< Cf. VN VI.I.2\* & I.I.1, TN VI.I.1>* Circa istam lectionem nota quod significatio dicitur multis modis. Uno modo idem est quod res<sup>3</sup> significata, et hoc modo non sumitur hic. Alio modo significatio idem est quod modus significandi, et hoc modo sumitur a grammatico. Alio modo idem est quod rei per vocem secundum placitum repraesentatio, et hoc modo sumitur *<hic>*.

**N VI.I.2** *< Cf. V&TN VI.I.2>* Nota quod suppositio dicitur multis modis. Uno modo idem est quod principium vel ratio alicuius scientiae, ut in geometria est suppositio ut ‘omne /R 35rB/ [ut omne] totum maius<sup>4</sup> sua parte’. Secundo modo idem est quod positio, ut dicimus cotidie “Ponatur quod sit ita”. Tertio modo idem est quod sub alio positio, ut subiectum supponitur praedicato. Quarto modo idem quod acceptio termini subiecti pro alio,<sup>5</sup> et hoc modo sumitur hic.

**N VI.I.3** *< Cf. V & TN VI.I.3>* Item, nota quod terminus<sup>6</sup> subiectus accipitur pro alio sex modis. Uno modo pro voce, ut ‘homo auditur’; secundo modo pro significato, ut ‘homo est species’; tertio modo pro aggregato, ut ‘homo est nomen’; quarto modo pro proprietate vocis, ut ‘homo est bisyllabum’; quinto modo pro proprietate significata, ut ‘homo est dignissima creaturarum creatura’; sexto modo pro inferiori, ut ‘homo currit’.

<sup>1</sup> *quae Marmo] fieri vero potest ut plura exciderint ut ita fere scribendum: <\*\*\**  
repraesentatio rei per vocem>

<sup>2</sup> *a Marmo] ad R.*

<sup>3</sup> *res V] om. R.*

<sup>4</sup> *maius] maior R a.c., mai R p.c.*

<sup>5</sup> *alio] aliquo malim coll. P.H. VI.3, at cf. N VI.I.3 et TN VI.I.2: “Quinto modo idem est quod pro alio positio, ut quando unus terminus ponitur pro alio.”*

<sup>6</sup> *terminus subiectus] termini subiecti R.*

**N VI.I.4** <*Cf. T N VI.I.4*> Item, nota quod copulare dicitur duobus modis: aut quia copulat duo diversa, ut ‘homo est animal’, hoc verbum ‘est’ <copulat> hominem cum animali; aut cum copulat coniunctionali<ter>, ut ‘Socrates currit et Plato disputat’, et hoc modo non sumitur <hic> ‘copulare’. Alio modo dicitur copulare quando aliquid copulat se alteri, et hoc modo sumitur hic quando dicit quod copulatio est acceptio<sup>1</sup> termini adiectivi pro aliquo, quia adiectivum copulat se substantivo ut ‘homo est albus’.

**Q VI.I.1** <*Cf. V & T Q VI.I.1*> Quaestio est utrum res possit per vocem repraesentari.

*1.1* Et videtur quod non, quia nullum finitum potest per infinitum repraesentari; sed res sunt infinitae, voces vero<sup>2</sup> finitae, ut vult Aristoteles in Elenchis;<sup>3</sup> ergo res non potest per vocem repraesentari.

*Ad 1.1* Solutio. Dico quod quamvis res sint de se infinitae, non autem per comparationem ad nos vel ad ipsa nomina.

*1.2* Item, ad idem: Si res per vocem repraesentaretur, oportet quod fieret unio ipsius cum voce; sed res non potest uniri voci, cum sint in diversis locis; ergo non potest res per vocem repraesentari.

*Ad 1.2* Solutio.<sup>4</sup> Dico quod duplex est unio: realis et intentionalis.<sup>5</sup> Quamvis res non possit uniri voci realiter, potest tamen intentionaliter. Quare non valet.

*1.3* Item, ad idem: Nullum permanens potest per transitorium et successivum repraesentari; sed res est permanens et vox successiva et transitoria, ut vult Aristoteles in Praedicamentis;<sup>6</sup> ergo etc.

*Ad 1.3* Solutio. Dico quod quamvis eadem numero vox non permaneat, permanet tamen secundum speciem. Quare non valet.

<sup>1</sup> acceptio] apctio **R.**

<sup>2</sup> vero] sc. **R.**

<sup>3</sup> Arist., *SE* 1.165a10-12.

<sup>4</sup> Cum solutione cf. *Q.I.II.1, supra*.

<sup>5</sup> intentionalis] vocalis **R.**

<sup>6</sup> Arist., *Cat.* 6.5a33-36.

*1.4* Item, dicit Aristoteles<sup>1</sup> quod delecto uno correlativorum destruitur alterum; sed delecta voce non destruitur res nec econverso; ergo non se habent sicut relativa nec sicut signum et significatum.

*Ad 1.4* Solutio. Dico quod vox et res possunt duobus modis considerari: aut secundum quod se habent sicut signum et significatum, et sic sunt relativa et delecto uno destruitur reliquum; /R 35vA/ aut secundum id quod sunt, et sic delecto uno non destruitur reliquum nec econverso. Quare non valet.

## LECTIO VI.II

VI.4, 80.19> SUPPOSITIONUM ALIA COMMUNIS ALIA DISCRETA etc.

**S VI.II** Superius Auctor determinavit de suppositione definitive, in ista parte determinat de ipsa divisive, et secundum hoc dividitur ista pars in [duas] partes sex secundum sex divisiones quas ponit, quarum primae quattuor praesentis lectionis sunt. Ubi partes incipient satis patet.

**N VI.II.1** <*Cf. TN VI.II.1, (VN VI.III.8)*> Circa istam lectionem nota quod naturale dicitur tribus modis. Uno modo naturale idem est quod principium rei intra vel intrinsecum, ut materia vel forma. Alio modo naturale est similitudo sive forma rei ut similitudo existens in anima. Tertio modo naturale idem est quod ‘non per aliud’, et sic sumitur hic naturale.

**N VI.II.2** <*Cf. TN VI.II.6*> Item, nota quod terminus sumitur indifferenter pro omnibus duobus modis: aut quia significat indifferenter rem praesentem, praeteritam et futuram, et hoc modo non sumitur [terminus indifferenter pro omnibus] <hic>; alio modo dicitur sumi terminus pro omnibus indifferenter quia significat rem communiter se habentem ad praesentia, praeterita et futura, et hoc modo sumitur hic.

**N VI.II.3** <*Cf VN VI.II.2, TN VI.II.2*> Item, nota quod accidentale dicitur tribus modis. Uno modo accidentale est illud quod potest adesse vel abesse, ut albedo parieti. Secundo modo accidentale idem est quod non primo, ut risibile Socrati est accidentale quia primo inest homini et secundario Socrati. Tertio modo idem est quod per aliud, et hoc modo

---

<sup>1</sup> Arist., *Cat.* 7.7b19.

sumitur hic accidentale quando dicitur quod suppositio quaedam est accidentalis, quia est per aliud, quia per adiunctum.

**N VI.II.4** <= T N VI.II.7> Item, nota quod praedicatorum quaedam sunt accidentalia<sup>1</sup> et quaedam essentialia. Accidentalia ut ‘album’, ‘nigrum’, et quando subiectum supponitur tali praedicato habet<sup>2</sup> supponi personaliter. Si vero<sup>3</sup> sint essentialia,<sup>4</sup> duobus<sup>5</sup> modis: aut sunt primae intentionis aut secundae; si primae, sic terminus supponens eis<sup>6</sup> habet suppositionem personalem, ut ‘homo est animal’; si secundae intentionis, sic terminus supponens eis habet suppositionem simplicem, ut ‘homo est species’.

**Q VI.II.1** <= T Q VI.II.2> Quaestio est utrum terminus in praedicato positus habeat suppositionem simplicem vel non.

1. Et<sup>7</sup> quod sic videtur. Aristoteles in Prioribus<sup>8</sup> dicit quod quaedam sunt<sup>9</sup> quae subiciuntur tantum, ut singularia ut Socrates et<sup>10</sup> Plato; alia sunt quae praedicantur tantum, ut genera generalissima ut substantia<sup>11</sup> vel qualitas; alia sunt quae praedicantur<sup>12</sup> et subiciuntur simul,<sup>13</sup> ut genera et species subalternae ut animal vel corpus. Unde vult quod illa quae praedicantur praedicentur<sup>14</sup> ratione superiorum; sed quotienscumque terminus stat ratione /R 35vB/ superiorum habet suppositionem simplicem, ut videtur.

2. Oppositum patet.

<sup>1</sup> accidentalia et quaedam essentialia R] essentialia quaedam accidentalia T.

<sup>2</sup> habet supponi personaliter R] tunc habet suppositionem personalem T.

<sup>3</sup> vero] om. T.

<sup>4</sup> essentialia T] substantialia R.

<sup>5</sup> duobus modis aut sunt R] hoc dupliciter aut T.

<sup>6</sup> eis – eis R] om. V.

<sup>7</sup> Et – dicit R] Videtur quod sic. Dicit Aristoteles in Prioribus T.

<sup>8</sup> Arist., APr. I.27.43a25-32.

<sup>9</sup> sunt quae T] quod R.

<sup>10</sup> et Plato] om. T.

<sup>11</sup> substantia vel qualitas] qualitas et quantitas etc. T.

<sup>12</sup> praedicantur et subiciuntur] subiciuntur et praedicantur T.

<sup>13</sup> simul] om. T.

<sup>14</sup> praedicentur R] praedicantur T.

2.1 Aristoteles<sup>1</sup> <dicit> in quarto Topicorum,<sup>2</sup> quod ad hoc ut<sup>3</sup> genus praedicetur de aliquo oportet aliquam eius speciem praedicari. Vult ergo quod praedicatum<sup>4</sup> stet ratione inferiorum; sed tunc habet personalem<sup>5</sup> suppositionem; ergo etc.

2.2 Item, ad idem: “Talia<sup>6</sup> sunt praedicata qualia permiserint subiecta”, ut vult Boethius;<sup>7</sup> sed istud subiectum ‘homo’ semper habet suppositionem personalem; ergo etc.

2.3 Item, ad idem: Pro eisdem supponunt termini in affirmativa et negativa; sed cum dico ‘quidam homo non est animal’, li<sup>8</sup> ‘animal’ habet suppositionem personalem; ergo et<sup>9</sup> hoc quod dico ‘animal’ habebit personalem in affirmativa.

3. Solutio. Dico quod praedicatum<sup>10</sup> potest considerari<sup>11</sup> duobus modis: aut secundum<sup>12</sup> quod est in ratione praedicati, et sic, cum sit loco formae, et forma est<sup>13</sup> semper simplex et indivisibilis, de<sup>14</sup> se habet suppositionem simplicem; et sic procedit primum argumentum. Aut secundum quod illa forma multiplicatur per supposita, et sic habet suppositionem personalem; et sic procedunt alia argumenta.

## LECTIO VI.III

<VI.8, 82.13> SUPPOSITIONUM PERSONALIUM etc.

**S VI.III** <*Cf. V S VI.III*> Superius Auctor posuit quattuor divisiones suppositionis. In ista parte ponit alias duas, et secundum hoc ista pars dividitur in partes duas secundum duas divisiones quas ponit. Prima pars

<sup>1</sup> Aristoteles – Topicorum **R**] per Aristotelem dicentem **T**.

<sup>2</sup> Cf. Arist., *Top.* IV.1.121a27-29.

<sup>3</sup> ut] quod **T**.

<sup>4</sup> praedicatum **T**] praedicatur **R**.

<sup>5</sup> personalem suppositionem] *inv.* **T**.

<sup>6</sup> talia **T**] tali **R**. talia – subiecta, ut vult Boethius] Dicit Boethius talia – subiecta **T**.

<sup>7</sup> Boethius, *De trinitate* 4 (*PL* 64: 1252A).

<sup>8</sup> li] hoc **T**.

<sup>9</sup> et] *om.* **T**.

<sup>10</sup> praedicatum **T**] *om.* **R**.

<sup>11</sup> considerari duobus modis] dupliciter considerari **T**.

<sup>12</sup> secundum] *om.* **T**.

<sup>13</sup> est semper] *om.* **T**.

<sup>14</sup> de] per **T**.

dividitur in partes tres: in prima parte ponit suam divisionem et exemplificat primum membrum; in secunda verificat quoddam dictum sive probat; in tertia explanat secundum membrum. Secunda pars principalis dividitur in duas partes: in prima ponit suam divisionem sub quibusdam verbis, in secunda sub aliis. Et sic sunt quinque partes in lectione: prima pars incipit in principio lectionis, secunda ibi <82.23> Quod autem etc., tertia ibi <VI.9, 82.29> Suppositio confusa, quarta ibi <83.4> Suppositionum confusarum, quinta ibi <83.6> Unde terminus iste homo. Et haec est sententia lectionis in generali.

**N VI.III.1** Primo nota quod terminus communis potest supponere pro omnibus suis inferioribus indifferenter duobus modis: aut in potentia aut in actu. Unde dico quod terminus indefinite <sumptus<sup>1</sup>> supponit <pro omnibus in potentia, sed> sumptus cum signo universali supponit pro omnibus in actu, ut ‘omnis homo currit’.

**N VI.III.2** <*Cf. VN VI.III.10*> Item, nota quod signum universale est inventum ut reducat ad actum illa quae sunt in termino in potentia, et ita patet qualiter differenter stat pro omnibus terminus indefinite sumptus vel cum signo universali.

**N VI.III.3** <*Cf. VN VI.III.6, TN VI.III.7*> Item, nota quod terminus indefinite sumptus potest comparari duobus modis: aut per comparationem ad praedicatum, et sic dico quod non supponit nisi pro illis pro quibus exigit praedicatum; si vero comparatur ad sua supposita, sic dico quod stat pro omnibus suis inferioribus indifferenter. /R 36rA/

**N VI.III.5** <*Cf. VN VI.III.1-2, TN VI.III.2*> Item, nota [quod] quattuor regulas suppositionum. Quarum prima talis est quod signum universale confundit terminum communem immediate sibi suppositum confuse et mobiliter, ut ‘omnis homo currit’. Secunda regula est quod confundit terminum sibi adjunctum mediate confuse et immobiliter, ut ‘omnis homo est animal’, iste terminus ‘animal’ adiungitur signo mediate, quia mediante homine, quare confunditur immobiliter. Tertia regula est quod signum universale negativum adjunctum termino communi mediate vel immediate distribuit ipsum confuse et mobiliter, ut ‘nullus homo est asinus’. Quarta regula est quod terminus positus<sup>2</sup> post istam dictionem ‘aliud’ vel ‘differt’

---

<sup>1</sup> sumptus – sed] *supplementa ex T petivi*.

<sup>2</sup> positus] posito R.

confunditur confuse et immobiliter, ut ‘aliud ab homine, ergo aliud ab isto homine’ est ibi figura dictionis a suppositione immobili ad mobilem.

**Q VI.III.1** <= T Q VI.III.3, f. 46rB. Cf. V Q VI.III.2> Quaestio est utrum<sup>1</sup> terminus in praedicato positus possit multiplicari.

1. Et videtur quod sic.

1.1 Quia ad multiplicationem materiae sequitur multiplicatio formae; sed subiectum est loco materiae et<sup>2</sup> praedicatum loco formae; ergo ad multiplicationem subiecti sequitur multiplicatio praedicati, et ita videtur quod terminus in praedicato positus possit confundi.

1.2 Item, ad idem: Cum dico sic<sup>3</sup> ‘omnis homo est animal’, ‘animal’ aut praedicatur ut aequale aut est<sup>4</sup> in plus; non<sup>5</sup> ut aequale; ergo est in plus; si est in plus, ergo stat pro pluribus quam ‘homo’; sed stare pro pluribus nihil aliud est quam<sup>6</sup> confundi; ergo confunditur hic.

1.3 Item, ad idem: Natura singularis et<sup>7</sup> universalis sunt oppositae; sed natura singularis est non stare pro pluribus; ergo natura universalis est stare pro pluribus, et ita confunditur.

3. Solutio. Dico quod terminus in praedicato positus potest considerari<sup>8</sup> duobus modis: aut in quantum <est> in ratione praedicati, et sic, cum sit in ratione formae et forma est simplex et indivisibilis, non potest multiplicari; aut prout illa forma comparatur ad sua supposita, et sic potest multiplicari, et sic procedunt argumenta.

---

<sup>1</sup> utrum T] om. R.

<sup>2</sup> et] om. T.

<sup>3</sup> sic] om. T.

<sup>4</sup> est in plus] in plus T *hic et bis in sequentibus*.

<sup>5</sup> non ut] non R] si ut T.

<sup>6</sup> quam] nisi T.

<sup>7</sup> et] natura add. T.

<sup>8</sup> considerari duobus modis] dupliciter considerari T.

## LECTIO VI.IV

<VI.10> NE VIDEATUR OPPOSITUM.

**S VI.IV** Determinavit<sup>1</sup> superius de suppositione definitive et divisive. In hac parte intendit solvere quandam diversitatem quae apparuit superius. Et secundum hoc dividitur haec pars in duas: in prima solvit illam diversitatem, in secunda destruit quandam divisionem superius datam; secunda ibi <VI.11> Sed ego [non] credo. Prima remanet indivisa, sed secunda dividitur in partes duas, quia in prima destruit illam divisionem per quattuor rationes, in secunda destruit causam illius divisionis; secunda ibi <VI.12> Causa autem propter quam movebantur. Prima pars praesentis est lectionis, et dividitur in quattuor partes secundum quod facit quattuor /R 36rB/ rationes per quas destruit illa<m>. Ubi partes incipient per se patet. Et haec est divisio et sententia lectionis.

**N VI.IV.1** <*Cf. VN VI.IV.1, TN VI.IV.4*> Ad evidentiam istius lectionis nota primo quod triplex est ratio quare natura generis non potest multiplicari. Prima est quia natura generis est communis, et quanto communius, tanto simplicius, ut dicit commentator Libri de causis,<sup>2</sup> et ideo, cum natura generis sit simplex, non potest multiplicari. Secunda ratio est quia secundum quod dicit Boethius,<sup>3</sup> sicut punctus est terminus diversarum linearum, ita genus est suarum specierum; sed punctus qui est terminus lineae est simplex; ergo genus, cum sit terminus specierum, erit simplex, et ita non poterit multiplicari. Tertia ratio est quia genus est forma, licet dicatur quod ponitur loco materiae, tamen in quantum praedicatur est forma; sed, ut dicit Auctor Sex principiorum,<sup>4</sup> forma est simplex et indivisibilis; ideo genus, cum sit forma, non poterit multiplicari.

**N VI.IV.2** <*Cf. VN VI.IV.2, TN VI.IV.5*> Secundo notandum quod multiplicatio est duplex: est quaedam multiplicatio quae fit per signum universale, ut ‘omnis homo currit’, et tali multiplicatione genus non potest multiplicari; sed est alia multiplicatio quae fit per numerum pluralem, et tali multiplicatione bene potest genus multiplicari, ut quidam ponunt, ut ‘homines sunt animalia’ hic est multiplicatio generis per numerum pluralem.

<sup>1</sup> determinavit] determinatum **R**.

<sup>2</sup> *In Libro de causis frustra quaeres*.

<sup>3</sup> *Locum non inveni*.

<sup>4</sup> *Cf. Anon., Liber sex principiorum* 1.

**N VI.IV.3** Tertio notandum quod triplex est differentia inter totum universale et totum in quantitate. Et prima est quia totum universale habet suas partes in potentia et non in actu, totum in quantitate habet omnes suas partes in actu. Secunda differentia est quia totum universale, ut homo vel animal, praedicatur de suis partibus, ut ‘Socrates est homo’ vel ‘leo est animal’, sed totum in quantitate non potest praedicari de suis partibus, quia nihil est dictu ‘Socrates est †totum in quantitate†’.<sup>1</sup> Tertia differentia est quia totum universale est simplex, ut homo, totum in quantitate est compositum, ut ‘omnis homo’.

**N VI.IV.4** <*Cf. V N VI.IV.6, T N VI.IV.7>* Quarto notandum quod differentia est inter totum in quantitate completum et [inter] totum in quantitate incompletum, quia in toto in quantitate completo terminus debet stare pro pluribus et quod possit fieri descensus pro illis pluribus sub termino communi, ut ‘omnis homo currit’ hic stat li ‘homo’ pro pluribus, et licet fieri descensum pro illis pluribus, et ita vocatur totum in quantitate completum. In toto in quantitate incompleto debet stare terminus pro pluribus, ut ‘omnis homo est animal’ li[cet] ‘animal’ est totum in quantitate incompletum eo quod non <licet quod> fiat descensus sub ipso. Et per hoc patet expositio illius litterae “si simpliciter multiplicetur terminus et simpliciter fit totum in quantitate, et si quodammodo et quodammodo”, quia tunc dicitur totum in quantitate multiplicari simpliciter /R 36vA/ quando terminus stat pro pluribus et potest fieri descensus pro illis pluribus, et totum in quantitate incompletum sive quodammodo quando terminus stat pro pluribus sed non fit descensus pro illis pluribus sub termino.

**Q VI.IV.1** <*Cf. V & T Q VI.IV.1>* Quaestio est utrum natura generis possit multiplicari per pluralem numerum.

1. Et videtur quod sic.

1.1 Quia plurale<sup>2</sup> nihil aliud est quam singulare geminatum; sed cum sic dicitur ‘homo est animal et asinus est animal’, li[cet] ‘animal’ est geminatum et est genus; ergo cum plurale non sit aliud quam singulare geminatum et ‘animal’ geminatum in singulari sit genus, ergo et in plurali, ut dicendo ‘homines sunt animalia’ hic multiplicatur natura generis per numerum pluralem.

---

<sup>1</sup> totum in quantitate] *debebat* omnis homo.

<sup>2</sup> plurale] plurare R; et sic pluries in sequentibus.

1.2 Item, dicit Aristoteles primo Topicorum<sup>1</sup> quod quattuor sunt praedicata, scilicet definitio, proprium, genus, et accidens; ergo dicendo sic ‘homines sunt animalia’ aut praedicatur definitio aut proprium aut accidens; sed nullum eorum, ut patet per se; ergo praedicatur genus; ergo natura generis multiplicabitur per numerum pluralem.

1.3 Item, ad idem: Eadem est essentia in numero singulari et plurali nisi quod<sup>2</sup> hoc quod dico ‘numerus’, cum sit accidens, addit quandam diversitatem accidentem, et ideo accidentaliter<sup>3</sup> diversifica[n]t essentiam, ideo quod est eadem essentia in numero plurali et singulari. Sed cum definitio hominis in numero singulari sit ‘animal rationale mortale’, ergo definitio ipsius in plurali erit ‘animalia rationalia mortalia’; sed in omni definitione est aliquod genus, ergo in ista erit aliquod genus; sed non est ibi aliquid quod possit esse genus nisi ‘animalia’, ergo natura generis poterit multiplicari per numerum pluralem.

2. Oppositum arguitur sic: Numerus pluralis ponit multiplicationem suppositorum; sed genus non potest multiplicari per supposita in quantum genus; ergo natura generis in quantum genus non poterit multiplicari per numerum pluralem.

3. Ad istam quaestionem dicendum quod genus potest dupliciter considerari: aut genus in quantum genus, aut genus secundum [quod] id quod est. Si genus consideretur in quantum genus secundum quod stat pro forma generis communi praedicabili de pluribus, sic dico quod cum ipsa sit simplex, quod non potest multiplicari per numerum pluralem, quia tunc natura generis definitur per praedicari, ut patet per Aristotelem et per Porphyrium:<sup>4</sup> “genus est quod praedicatur etc.” Sed quod illud quod praedicatur stet pro forma communi, hoc innuit Aristoteles et eius commentator supra librum Priorum capitulo<sup>5</sup> De inventione medii,<sup>6</sup> quia

<sup>1</sup> Arist., *Top.* I.4.101b24-25.

<sup>2</sup> quod] in R.

<sup>3</sup> accidentaliter] accidentia R.

<sup>4</sup> Porph., *Intr.* 2.15-16.

<sup>5</sup> capitulo] capitulum R.

<sup>6</sup> Arist., *APr.* I.27.43a25-32. Commentator Robertus Kilwardy esse videtur, qui in quaestione ad locum laudatum pertinenti “Et dicendum quod omne quod predicatur forma est eius de quo predicatur” dicit. Vide editionem Pauli Thom p. 742 (in editione. Venetiis 1516 sub nomine Aegidii impressa f. 38vA).

dicit ibi quod illud<sup>1</sup> quod praedicatur stat pro superioribus et illud quod subicitur pro inferioribus, et illud quod subicitur et praedicatur secundum quod praedicatur stat pro superioribus secundum autem quod subicitur stat pro inferioribus. Hoc etiam patet per aliam rationem, /R 36vB/ quia quiditas est eius quod semel est; sed natura generis dicit quid; ergo natura generis semel est secundum quod ipsa praedicatur, ut patet; et quando aliquid praedicatur stat semper pro superioribus; ergo genus semper stabit pro ipsa forma communi; quare numquam multiplicabitur genus in quantum genus. Si autem genus consideretur secundum id quod est, sic dico quod genus bene potest multiplicari per numerum pluralem, cum ipsum non sit aliud nisi homo vel asinus etc. Et hoc etiam videtur quia si aliquis quaereret ‘homines sunt animalia’ quid esset ibi ‘animalia’, certe convenienter posset responderi quia genus. Dicendum ergo tunc ad quaestionem quod uno modo potest multiplicari, alio modo <non>.

*Ad 1.1-3* Et per hoc patet solutio ad argumenta, cum procedant in duabus viis.

## LECTIO VI.v

<VI.12, 86.10> CAUSA AUTEM PROPTER QUAM MOVEBANTUR etc.

**S VI.v** In parte praecedenti destruxit Auctor quandam divisionem. In hac parte intendit destruere rationem illorum qui ponebant ipsam. Et secundum hoc dividitur haec pars in sex, quia in prima parte recitat rationem illorum, in secunda destruit illam rationem, in tertia declarat quoddam dictum in illa solutione, in qua<rta> applicat illam solutionem ad propositum, in quinta destruit quandam divisionem aliam antecedentem hanc, quae est eadem secundum rem, in sexta parte declarat quoddam dictum in illa parte. Secunda ibi <86.15> Solutio. Dicimus, tertia ibi <86.22> Unde dico quod homo constituitur,<sup>2</sup> quarta ibi <87.3> Similiter est in proposito, quinta ibi <87.15> Et propter hoc destruximus, sexta ibi <87.23> Quia eadem est humanitas secundum viam logices. Et haec est divisio et sententia lectionis.

**N** Circa istam lectionem notantur duo.

<sup>1</sup> illud] i(b)i **R**, sed fortasse in i(lu)d correctum.

<sup>2</sup> constituitur] construitur **R**.

**N VI.v.1.1** <*Cf. VN VI.v.1, TN VI.v.3*> Primum est super tertiam partem quod compositio<sup>1</sup> est triplex: quaedam est naturalis, quae est ex vera materia et ex vera forma, ut homo componitur ex anima tamquam ex vera forma et ex corpore tam<quam> ex vera materia; alia est artificialis, quae est ex vera materia, ut patet in imagine, et non ex vera forma; tertia est rationis, quae neque est ex vera materia neque ex vera forma sed ex aliquo loco materiae et ex aliquo loco formae, ut patet quia homo logice loquendo constituitur ex animali, quod est genus, loco materiae, et ex rationali, quod est differentia, loco formae.

**N VI.v.1.1<sup>bis</sup>** <*Cf. N VI.v.4*> Et nota quod differentia est proprie loquendo inter constitutionem et compositionem, quia compositio est proprie in rebus naturalibus et artificialibus, constitutio in rebus rationis.

**N VI.v.2** <*Cf. TN VI.v.5*> Secundo notandum super quartam partem quod duplex est forma, quia est quaedam forma quae est altera pars compositi, ut anima, et de tali non loquimur hic; est alia forma quae est consequens totum compositum, ut illa quae resultat ex unione formae cum materia, ut humanitas, quia non sequitur tantum animam neque tantum corpus, sed totum compositum; et ista potest dupliciter considerari: aut in se et absolute non /R 37rA/ concernendo aliquam materiam consideratur, et hoc modo non loquimur nos hic <\*\*\*>.

**Q VI.v.1-3** Circa istam lectionem quaeruntur tria.

Primum est utrum terminus positus in praedicato in propositione affirmativa stet pro forma sola non concernente supposita vel stet pro suppositis, verbi gratia ut ‘omnis homo est animal’.

Secundum est utrum terminus accidentalis positus a parte praedicati in propositione universalis affirmativa stet pro forma vel pro suppositis, ut ‘omnis homo est albus’.

Tertium est utrum terminus essentialis positus a parte praedicati in indefinita stet pro forma vel pro suppositis, ut ‘homo est animal’.

**Q VI.v.1 1.** Circa primum arguitur quod stat pro forma sic:

---

<sup>1</sup> compositio est triplex etc.] Cf. Ps.-Kilwardby *Super Priscianum Maiorem*, CIMAGL 15 (1975) 114.

1.1 Aristoteles in tertio *De anima*<sup>1</sup> dicit quod compositio est eorum quorum unum est inhaerens alteri; ergo,<sup>2</sup> cum in omni propositione tali ‘omnis homo est animal’ sit compositio subiecti cum praedicato, ergo unum inhaeret alteri; sed praedicatum est illud quod inhaeret et subiectum illud cui fit inhaerentia, ergo praedicatum inhaeret subiecto; et si praedicatum inhaeret subiecto, ergo [non] stabit terminus a parte praedicati pro forma tantum, non<sup>3</sup> pro suppositis; et est exemplum quod ponit Aristoteles<sup>4</sup> de duobus capitibus germanorum existentibus in eadem cervice, quae naturaliter inhaerent alteri, quia cervici.

1.2 Item, Aristoteles *IXº Metaphysicae* dicit<sup>5</sup> quod ens est quod subicitur, esse quod praedicatur; sed esse est actus entis, et actus et forma idem; ergo †substantia†<sup>6</sup> forma praedicabitur; ergo praedicatum stabit pro forma.

1.3 Item, ad idem: Si praedicatum staret pro suppositis, seque<re>tur quod in omni propositione praedicaretur idem de se; consequens est falsum, ut patet per Porphyrium et per Aristotelem primo Topicorum, ergo et antecedens. Probatio consequentiae: in ista ‘omnis homo est animal’ si ‘animal’ stat pro suppositis, aut ergo est pro suppositis hominis aut pro aliis ab homine; si pro aliis ab homine, ergo propositio est falsa, quod est inconveniens; si stet pro suppositis hominis li ‘animal’, ergo erunt eadem supposita hominis et animalis †.p.† quare praedicatur idem de se dicendo ‘omnis homo est animal’, [si stet ‘animal’ pro suppositis aliis,] quod est inconveniens, ut ostensum est per Porphyrium et Aristotelem; ergo stabit terminus pro forma et non pro suppositis.

1.4 Item, Aristoteles libro *Physicorum*<sup>7</sup> dicit quod materia est alia a natura cuiuslibet praedicabilis,<sup>8</sup> sed praedicatum in quantum praedicatum est universale, et universale in quantum tale est intelligibile, ut patet per

<sup>1</sup> *Locum non inveni.*

<sup>2</sup> ergo] fortasse in sed corredit **R**.

<sup>3</sup> non] sed **R**.

<sup>4</sup> *Nusquam talia dicit Aristoteles.*

<sup>5</sup> Cf. *Simonis de Faverisham, Quaest. Veteres super APo.* qu. 35 ed. Longeway: “Ad hoc est dicendum secundum intentionem Philosophi ens est quod subicitur, esse vero quod praedicatur”.

<sup>6</sup> substantia] subā **R**; fort. sola scribendum.

<sup>7</sup> *Immo, ut dicit auctor infra, in VIIº Metaphysicae; videsis Arist., Metaph.* VII.3.1029a20-21.

<sup>8</sup> praedicabilis] potius praedicabit **R**.

Boethium in fine *De consolatione*,<sup>1</sup> qui dicit quod universale est quod intelligitur, singulare quod sentitur. Hoc idem dicit Aristoteles libro *Posteriorum*.<sup>2</sup> Ergo universale est intelligibile, et non per naturam suppositorum; sed omne intelligibile in quantum intelligibile est forma, quod patet quia dicit Aristoteles secundo *Metaphysicae* in illo capitulo †“Infumento† etc.”<sup>3</sup> quia materia est intelligibilis. Quare a primo ad ultimum: omne quod praedicatur praedicatur pro forma; quare etc.

1.5 Item, si aliquid praedicatur ratione suppositorum, ergo suppositum intelligitur in ipso; sed omne quod intelligitur in alio contingit exprimi per vocem; ergo cum suppositum intelligatur in ipso praedicato poterit exprimi per vocem sic ‘homo idem quod animal’ ita quod li ‘idem’ dicat mihi illud suppositum; sed istud est impossibile, quia ex tali expressione sequeretur vel fieret nugatio /R 37rB/ et infinitatio<sup>4</sup> sic ‘homo est homo animal’ iterum quod intelligitur contingit exprimi sic ‘homo est <homo> homo animal’, quare erit ibi nugatio, ut dicit Aristoteles libro *Perihermenias* et eius commentator Boethius,<sup>5</sup> et infinitatio; ergo praedicatum stabit pro forma et non pro suppositis.

1.6 Item, scribitur VII *Metaphysicae*<sup>6</sup> quod natura materiae est alia a natura cuiuslibet praedicabilis; cum ergo subiectum sit loco materiae, praedicatum loco formae, si praedicatum staret pro materia vel pro composito, tunc non esset materia alia a natura cuiuslibet praedicabilis, cum natura non sit alia a materia, quia materia non facit alietatem, ut habetur ab Aristotele, nec est alia compositio, cum compositum sit ex ipsa; ergo oportet quod praedicatum stet pro forma.

1.7 Item, ad idem: Omne praedicatum in quantum tale est universale vel commune, cum universale et singulare sint opposita, et singulare <ut> est per se non praedicatur; sed omne universale in quantum tale est intelligibile, secundum quod habetur in fine *De consolatione*

<sup>1</sup> Cf. Boethius, *Consolatio Philosophiae* V.6.36: “omne quod sensibus patet si ad rationem referas universale est, si ad se ipsa respicias singulare.” *Frequentius a scriptoribus mediis aevi sub hac forma laudatur*: “universale est dum intelligitur, singulare dum sentitur”. Cf. *infra*.

<sup>2</sup> Cf. Arist., *APo*. II.19.100a6-7.

<sup>3</sup> infumento] *Latere videtur forma vocis infinitus, sed lemma restituere nequivi. Ad Metaph.* II.2.994b26 *alludere noster videtur*.

<sup>4</sup> infinitatio] *ifi’tatio R hic et infra*.

<sup>5</sup> Cf. Arist., *Int.* 11.20b31-21a4; Boethius, *in Int. ed. 2<sup>a</sup>* pp. 365-366 Meiser.

<sup>6</sup> Arist., *Metaph.* VII.3.1029a20-21.

Philosophiae<sup>1</sup> “singulare est cum intelligitur, universale dum sentitur”, et omne quod intelligitur intelligitur pro natura formae; ergo praedicatum stabit pro forma.

2. Oppositum arguitur sic:

2.1.1 Aristoteles dicit tertio *De anima*<sup>2</sup> quod intellectus componens componit res eo modo quo intellectus simplex accipit intentiones rerum <sive> similitudines; sed intellectus simplex accipit sive<sup>3</sup> intelligit aggregatum ex materia et forma; quare, cum intellectus accipiat praedicatum ut sic est aggregatum, ut patet per Aristotelem in pluribus locis, qui dicit quod nomen prius significat formam et postea aggregatum, et dicit etiam in VII<sup>o</sup> *Metaphysicae* quod definitio est totius<sup>4</sup> aggregati; ergo praedicatum non stabit solum pro forma sed pro suppositis.

2.1.2 *Contra 2.1.1* Ad istud respondebatur quod licet intellectus componens componat illud quod intellectus simplex intelligit sive accipit, tamen potest illud componere alio modo, eo quod intellectus simplex cum accipit illud non accipit illud <cum> vero vel falso, cum secundum quod dicit Aristoteles primo *Perihermenias*<sup>5</sup> quidam sit intellectus sine vero et falso.

2.1.3. *Refutatur 2.1.2* Sed hoc nihil est, quia ego non <nego> quo<d> componat illud alio modo, sed illud, dico, quod accipit intellectus simplex, illud componit intellectus componens. Ergo<sup>6</sup> responsio nulla.

2.2 Item, ad idem: Si praedicatum staret tantum pro forma, cum in veritate eadem sit forma in abstracto et concreto, idem erit dicere ‘omnis homo est albus’ et ‘omnis homo est albedo’ et ‘omnis homo est animalitas’ et ‘omnis homo est animal’. Hoc autem est impossibile, ergo impossibile est quod praedicatum stet pro pura forma.

2.3 Item, ad idem: Aristoteles secundo *Topicorum* vel tertio<sup>7</sup> dicit quod ad considerandum utrum aliquod genus praedicetur de aliquo considerandum est utrum aliqua eius species praedicetur de eodem,

<sup>1</sup> *De fonte huius auctoritatis vide annotationem supra positam.*

<sup>2</sup> *Locum non inveni.*

<sup>3</sup> sive] suum **R.**

<sup>4</sup> totius] solius **R.**

<sup>5</sup> Arist., *Int.* 1.16a13-17.

<sup>6</sup> ergo] sed **R.**

<sup>7</sup> Arist., *Top.* II.4.111a33-b11.

quoniam si non, <de>structum est, et ponit tale exemplum ‘anima movetur’, nam si secundum nullam speciem motus movetur, simpliciter non move[n]tur [simpliciter non movetur]; vult ergo Aristoteles quod praedicatum praedicatur ratione inferioris; sed omne inferius<sup>1</sup> est suppositum respectu superioris, ergo praedicatum praedicatur ratione suppositorum. /R 37vA/

2.4 Item, ita est quod essentia non est materia nec forma sed est resultans ex unione formae cum materia; habeo ergo quod essentia est aggregati formae cum materia; sed omnis essentia sive quiditas respicit necessario illud cuius est; ergo, cum anima<l> praedicatur hic essentialiter, respicit aggregatum ex materia et forma; ergo non stabit pro forma tantum, sed pro suppositis.

2.5 Item, Aristoteles libro Posteriorum<sup>2</sup> dicit quod dicendo ‘homo est animal’ haec est praedicatio per se; sed in omni praedicatione per se praedicatum essentialiter intelligitur in subiecto; ergo animal essentialiter intelligitur in homine; non ergo stabit ‘animal’ pro forma solum, sed pro suppositis.

2.6 Item, ordo praedicatorum et subicibilium est secundum ordinem in genere praedicamentali; sed omnia quae ordinantur in genere praedicamentali habent essentiale respectu<m> ad inferiora; ergo ea quae praedicantur in propositione habent essentiale respectum ad inferiora; quare etc.

2.7 Item, si praedicatum staret tantum pro forma, sequeretur quod tunc convenientia praedicati cum subiecto in suppositione non faceret ad veritatem; et si<sup>3</sup> convenientia praedicati cum subiecto non faceret ad veritatem, ergo illa esset vera ‘haec homo est albus’ prout ‘hic homo est albus’,<sup>4</sup> quod<sup>5</sup> est contra Aristotelem;<sup>6</sup> quare etc.

---

<sup>1</sup> inferius] infi’tum R.

<sup>2</sup> Expressis verbis hoc nusquam dicit Aristoteles, sed inferri potest ex Arist., APo. I.4.73a34-37.

<sup>3</sup> si] secundum R.

<sup>4</sup> albus] animal R.

<sup>5</sup> quod] qui R.

<sup>6</sup> Citatio spuria, quamquam fortasse Arist., SE c.33 de soloecismo in mente habebat noster.

3. Ad istam quaestionem dicendum.<sup>1</sup> Ad ipsam tamen intelligendam praemittendae sunt duae distinctiones. (Quia secunda quaestio est fatua et temptativa eo quod terminus adiectivus<sup>2</sup> non supponit sed copulat, ut patet per magistrum P. Hispanum in [in] Suppositionibus superius,<sup>3</sup> et de tertia erit idem iudicium quod de prima.)

<Dicō> ergo tunc, secundum quod dicit Aristoteles V<sup>o</sup> Metaphysicae,<sup>4</sup> quod ens dicitur duplīciter: per se et per accidens. Ens per accidens dicitur de privationibus, ut ibi habet declarari. Ens per se dicitur de decem praedicamentis. Si<sup>5</sup> accipiamus tunc essentiam prout derivatur ab ente quod dicitur de substantia, quia aliter tunc diceretur aequivoce prout ens dicitur <\*\*\*> tunc talem essentiam dicit mihi ‘animal’.

Sed postea sequitur secunda distinctio, quia secundum quod <dicit> Aristoteles libro De generatione et corruptione, capitulo de tactu,<sup>6</sup> [quod] duplex est praedicatio: proprie dicta et improprie dicta. Praedicatio improprie dicta est quando praedicatum et subiectum solum conveniunt in supposito et nullo modo in forma. Sed hoc potest esse duplīciter, quia illud suppositum aut est actuale ut ‘Socrates est Socrates’, aut est potentiale ut ‘materia prima est materia prima’, et neutro istorum modorum praedicatum stat pro forma, sed stat pro aliquo quod stat loco formae, dicendo<sup>7</sup> illud esse loco formae quod illud aliquo modo perficit et sibi ultimo advenit; taliter enim praedicatum istis duobus modis ultimis dictum sic se potest habere respectu subiecti. Praedicatio dicta proprie est duplex: aut quando subiectum et praedicatum conveniunt in supposito et differunt in forma, et tunc est praedicatio accidentalis vera, ut ‘homo est albus’, aut quando praedicatum et subiectum /R 37vB/ conveniunt in forma et supposito, et tunc est praedicatio essentialis vera, ut ‘homo est animal’, et isto modo praedicatum stat pro forma.

Sed dicendum<sup>8</sup> quod duplex est forma: <aut> altera pars compositi ut anima, aut consequens totam compositionem. De prima non loquimur hic. Sed ista secunda quae consequitur totam compositionem est duplex:

<sup>1</sup> dicendum – intelligendam] ad ipsam dicendum tamen intelligendo **R.**

<sup>2</sup> adiectivus] fere iat<sup>u</sup>cl’i **R.**

<sup>3</sup> Petrus Hispanus, *Tractatus VI.3.*

<sup>4</sup> Arist., *Metaph.* V.7.1017a7-8.

<sup>5</sup> si] sed **R.**

<sup>6</sup> “Capitulum de tactu” est Arist., *GC II.2*, sed nil tale ibi dicit Aristoteles.

<sup>7</sup> dicendo] fort. dico scribendum.

<sup>8</sup> dicendum] sciendum malim.

quaedam est quae perficit unum individuum ita quod non alterum, et vocatur quiditas rei singularis; quaedam autem est quae non ita perficit unum compositum quod non perficiat<sup>1</sup> plura, et vocatur universale. Et istis duobus ultimis modis praedicatum stat pro forma, sed prima per se et secunda<sup>2</sup> per accidens.

Dico ergo tunc quod praedicatum stat pro forma, quia cum in propositione universalis affirmativa sit dici de omni, et est ibi triplex respectus – unus est ipsius praedicati ad contenta subiecti, penes quem sumitur maior propositio in prima figura; alius<sup>3</sup> est subiecti ad sua contenta, penes quem sumitur minor; alius est praedicati ad contenta subiecti, penes quem sumitur conclusio† – dico ergo tunc quod praedicatum stat pro primo<sup>4</sup> respectu in propositione universalis ubi est praedicatum esse essentiale, secundum quod hic loquimur.

*Ad 2.* Respondeo ergo tunc ad argumenta facta in oppositum.

*Ad 2.1* Ad primum, cum dicit quod intellectus simplex accipit aggregatum, bene volo quod praedicatum sit aggregatum, sed non forma †praedicati suppositi prout est praedicatum, sed forma subiecti quae est eadem respicit illa non prout est praedicati illa forma sed prout est subiecti.†

*Ad 2.2* Ad secundum dicendum quod ibi est fallacia accidentis, quia licet animal praedicetur et eius forma sit animalitas, non tamen sequitur quod ipsa praedicetur, sed animal praedicatur. Vel possem dicere quod licet ‘animalitas’ significet<sup>5</sup> eandem formam quam ‘animal’, tamen magis importatur per hoc quod dico ‘animal’ quam per hoc quod dico ‘animalitas’.

*Ad 2.3* Ad tertium patet solutio, cum loquamur hic de praedicatione substantiali et etiam de accidentalis.

*Ad 2.4* Ad quartum dicendum quod bene volo quod quiditas respiciat illud etc., sed si praedicatum staret pro ipsa quiditate, non tamen praedicaretur †per ipsa†.

*Ad 2.6-7* Ad alia respondeo sicut ad primum.

<sup>1</sup> perficiat] deficiat **R.**

<sup>2</sup> secunda] *fere* proā **R.**

<sup>3</sup> alius – alius] alicuius – alicuius *vel* aliter – aliter **R.**

<sup>4</sup> primo] prima **R.**

<sup>5</sup> significet] significat **R.**

**Tractatus VI. De suppositionibus  
secundum codicem T**

**LECTIO VI.I**

**T 44vA <VI.1, 79.3> EORUM ENIM QUAE DICUNTUR etc.**

**Sg VI.1** *< Cf. V 45vA >* Superius Auctor determinavit de syllogismo et de eius partibus, sc. de terminis; in hoc capitulo determinat de quadam proprietate, sc. de suppositione. Unde illa pars dividitur in duas partes. In prima praemittit quaedam utilia ad cognitionem suppositionis, in secunda prosequitur de suppositione. Secunda ibi <VI.3, 80.12> Suppositio. Adhuc prima in tres. In prima ponit duas divisiones, in secunda definit significationem, in tertia dividit. Secunda ibi <VI.2, 78.11> Significatio prout hic sumitur, tertia ibi <78.17> Significationis. Tunc sequitur illa pars <VI.3, 80.12> Suppositio, in qua Auctor prosequitur de suppositione, et dividitur in duas. In prima determinat de suppositione definitive, in secunda divisive. Secunda ibi <VI.4, 80.19> Suppositionum alia communis, ubi lectio terminabitur. Adhuc prima in tres. In prima definit suppositionem, in secunda ponit differentiam inter significationem et suppositionem, in tertia definit copulationem. Secunda ibi <80.9> Differunt autem suppositio et significatio, tertia ibi <80.17> Copulatio est. Et haec est sententia lectionis in generali.

**Ss VI.1** In speciali sic procedit: Quia determinatum est sc. de subiecto, sc. syllogismo, et de eius partibus, sc. de terminis, hic determinat de quadam proprietate terminorum, sc. de suppositione<sup>1</sup> termini. Prius determinat de suppositione quam de aliis proprietatibus terminorum, et similiter prius quam de fallaciis, quia illa proprietas est necessaria ad cognitionem fallaciarum, ideo prius<sup>2</sup> determinat de suppositione quam de fallaciis. Et ponit primo duas divisiones. Prima est quod eorum quae dicuntur quaedam dicuntur cum complexione, quaedam sine complexione; cum complexione ut ‘homo currit’, sine complexione ut una dictio, ut ‘homo’ per se et ‘currit’ per se. Alia est quod terminorum incomplexorum unusquisque aut significat substantiam aut qualitatem et sic de aliis.

---

<sup>1</sup> suppositione] prius(?) add. & del. T.

<sup>2</sup> prius] potius p(rim)o T.

**D VI.I.1** Modo extra Litteram posset<sup>1</sup> aliquis dicere “Quid ad nos?” de istis divisionibus. Quia debemus scire quod ipse determinat de suppositione quae est quaedam proprietas vocis, et ad significandum quod illa proprietas non est cuiuslibet vocis sed vocis incomplexae, et non cuiuslibet vocis incomplexae sed est solum vocis incomplexae significantis rem alicuius praedicati, ideo ponit istas divisiones. Et haec sententia huius partis.

**Ss VI.1** Postea sequitur alia in qua definit significationem dicens quod significatio termini prout hic sumitur est rei per vocem secundum placitum repraesentatio. Debemus scire quod in qualibet voce sunt tria, scilicet ipsa vox, et res intellecta per ipsam, et ipsa repraesentatio media. Unde ipsa vox non est significatio nec res significata per ipsam vocem sed ipsa repraesentatio media est significatio. Et dicit bene “ut hic sumitur”, quia stricte valde sumitur hic significatio; et dicit bene “secundum placitum” propter alium terminum qui significat naturaliter. Et quia dixit “rei”, subiungit[ur] quare dixit ipse: cum omnis res sit universalis vel particularis, sequitur<sup>2</sup> quod illae dictiones quae non significant universale <nec> particulare non significant, et sic non erunt termini prout hic sumitur terminus, et tales dictiones sunt ut signa universalia et particularia, quae non significant rem universalem nec particularem, /T 44vB/ sed solum modum rei. Et haec sententia huius partis.

Postea sequitur alia <79.17> in qua dividit significationem. Dicit quod significationis alia fit substantive, alia fit adiective. Et bene dicit “substantive” adverbialiter et “adjective” adverbialiter – substantive quae fit per nomen substantivum ut ‘homo’, adiective quae fit per nomen adiectivum ut ‘album’ vel per verbum ut ‘currit’, et †communius(?)† bene “adjective vel subiective” dictum est, et dicit quod †verbum subiectum ita quod nomen nec adiectivum ita quod sit nomen†. Ratio<sup>3</sup> quare dixit ipse <quod adiectivatio vel> substantivatio sunt modi ipsarum rerum significatarum et non significationes haec est: si hic esset albedo et album et vellem dividere res significatas, dicerem sic: “Rerum significatarum alia substantiva, alia adiectiva”, ita quod sint nomina substantiva et adiectiva, sicut differentiae dividentes res significatas, sed

<sup>1</sup> posset] possit T.

<sup>2</sup> sequitur] sed T.

<sup>3</sup> Ratio] *lectio incerta* T.

‘substantive et adiective’ ita quod adverbia sint differentiae modi significandi, hoc est †p(rae)ptus† significationis.

Postea dicit quod nomina substantiva dicuntur supponere, sed adiectiva et verba dicuntur copulare. Et haec est sententia huius partis.

Postea sequitur <80.8> alia in qua dicit quid est suppositio, dicens quod suppositio est acceptio termini subiecti pro aliquo. Modo debemus scire quod sicut est in natura, ita est in arte; sed ita est in arte quando unum instrumentum est factum ad exercendum aliquod officium, ut securis ad scindendum, certe nos utimur in pluribus officiis illo instrumento, ut est scindere carnes vel defendere se; similiter in ratione, quia postquam anima imposuit vocem ad significandum, postea utimur illa dictione in aliis officiis, cum aliquando dictio stat pro voce et aliquando pro significato et sic de aliis, ut patet in notabili. Et haec est sententia huius partis.

Postea <80.9> ponit differentiam inter significationem et suppositionem et dicit quod significatio est per impositionem vocis ad rem significandam, sed suppositio est acceptio ipsius termini iam significantis rem pro aliquo. Hoc est, differunt sic quia significatio prius est in voce, hoc est primo significat vox, sed †significatio supponit prius quam significet, et non sumitur per prius,† quia prius significat vox quam supponat, et ita differunt sicut prius et posterius.

Item, ponit aliam differentiam, quia ipsa <vox> dicitur significare, sed terminus compositus ex voce et significatione dicitur supponere, et ita differunt sicut totum et pars, qua vox significat, sed vox et significatio simul positae dicuntur supponere. Et haec sententia huius partis.

Postea <80.17> definit copulationem. Quia dixerat quod <per> adiectiva et verba res inter se copulatae dicuntur, ideo dicit quod copulatio est acceptio termini adiectivi pro aliquo, unde adiectiva dicuntur copulare quia copulant res inter se, sc. quia copulant<sup>1</sup> rem suam alteri, quia sunt dependentia et non possunt per se stare, similiter verba; unde sicut lapis non potest per se stare in aere sed naturaliter descendit, ita adiectiva non possunt per se stare sed dependent ad alia.

Et haec <est> sententia lectionis in generali <et> in speciali.

---

<sup>1</sup> copulant] copulent T.

<VI.1, 79.3> EORUM QUAE DICUNTUR etc.

**N VI.I.1** <*Cf. R&VN VI.I.1*> Primo nota quod significatio in arte potest dici communiter tribus modis sive quattuor. Uno modo potest dici significatio res significata, ut haec dictio ‘canis’ habet tres significationes, i.e. significat tres res. Alio modo potest dici modus significandi, ut dicit Priscianus in Maiori<sup>1</sup> “nihil est quod ita valeat in partitione dictionum sicut significatio”, i.e. modus significandi. Tertio modo potest dici repraesentatio rei significatae per vocem, et sic sumitur hic. †Alio modo idem est quod illa acceptio termini communis pro alio positio, et sic sumitur hic.†

**N VI.I.2** <*Cf. R&VN VI.I.2*> Secundo nota quod suppositio dicitur quinque modis. Uno modo idem est quod positio, ut cum dicitur “Supponatur” i.e. ponatur. Alio modo idem est quod opinio, ut ‘ille habet bonam suppositionem’ i.e. opinionem. Tertio modo idem est quod regula, ut dicit Aristoteles in Posterioribus<sup>2</sup> “Suppositiones sunt regulae”. Quarto modo idem est [quod] suppositio quod sub alio positio, ut nomen reddit suppositum verbo et subiectum praedicato. Quinto modo idem est quod pro alio positio, ut quando unus terminus ponitur pro alio.

**N VI.I.3** <*Cf. R&VN VI.I.3*> Tertio nota quod terminus potest supponere sive accipi sex modis. Uno modo ratione vocis ut ‘homo auditur’, i.e. haec vox ‘homo’; alio modo ratione rei significatae, ut ‘homo est dignissima creatura creaturarum’, res significata per hominem; alio modo ratione vocis et significationis in simul, ut ‘nomen est vox’, vel ‘homo est nomen’ i.e. totum aggregatum ex voce et significatione; alio modo ratione proprietatis rei significatae, ut ‘homo est species’ ‘animal est genus’; alio modo ratione termini singularis, ut ‘homo currit’ vel ‘Socrates’ vel ‘Plato’.

**N VI.I.4** Quarto nota quod copulare est duobus modis. Uno modo copulare est aliqua duo coniungere, ut hoc verbum ‘est’ et haec coniunctio ‘et’ dicuntur duo copulare, i.e. coniungere. Alio modo est copulare rem suam alteri supponere, et hoc modo adiectivum dicitur copulare eo quod coniungat aliqua duo, sc. quia res sua adiacet alteri, sc. verbo.

<sup>1</sup> *Immo in Minori*. Prisc., *Inst. XVII.x.69* “igitur non voces magis valent in partitione dictionum quam earum significationes”.

<sup>2</sup> *Citatio spuria*.

**Q VI.I.1** <*Cf. R&VQ VI.I.1*> Quaeritur utrum vox significet rem.

1. Et videtur quod non.

1.1 Unum oppositum non significat aliud; sed vox et res sunt opposita, ut probabo; ergo vox non significat rem. Probatio minoris: dicit Aristoteles libro Elenchorum<sup>1</sup> quod voces sunt finitae, res autem infinitae; sed finitum et infinitum sunt opposita; ergo voces et res sunt opposita; quare vox non significat res.

1.2 Ad idem: Signum et significatum sunt proportionalia; sed res et voces non sunt proportionalia, ut probabo etc. Probatio: proportionalia sunt in eodem genere. Ut habetur ab Euclide V<sup>o</sup> Geometriae,<sup>2</sup> proportio est rerum eiusdem generis certa habitudo; sed res et vox non sunt in /T 45rA/ uno genere sed in diversis, quia res est in genere substantiae, et vox in genere qualitatis; ergo non sunt proportionalia; quare vox non significat rem.

1.3 Praeterea, signum et significatum sunt proportionalia; sed vox est quoddam successivum et res est permanens; ergo non sunt proportionalia; ergo etc.

3. Solutio. Dicendum quod vox significat rem, quia vox et res non sunt simpliciter opposita.

*Ad 1.1* Ad primum argumentum dico quod res non sunt simpliciter infinitae, sed respective, quia res sunt infinitae respectu vocis et voces sunt finitae respectu rerum; vel sunt finitae quoad naturam, infinitae quoad nos; quare non valet.

*Ad 1.2-3* Ad aliud. Quando dicitur quod signum et significatum sunt proportionalia ergo etc., dicendum quod res et voces sunt proportionalia in duratione licet non sint proportionalia in natura. In duratione quia quam cito aliquod signum <incipit habere> ratione<m> signi, tam cito incipit esse significatum; et similiter quam cito incipit deficere signum, et significatum et econverso. Sed in natura res et voces non sunt proportionalia, ut videtur, quia ramus est signum ante tabernam et vinum est significatum, et <non> sunt proportionalia in natura.

**Q VI.I.2** Quaeritur in quo genere praedicamentorum sit significatio.

<sup>1</sup> Arist., *SE* 1.165a10-12.

<sup>2</sup> Euclides, *Elementa* V, def. 3.

*1.* Et videtur quod sit in genere substantiae sic: Forma essentialis dat esse rei sive substantialis; sed significatio dat esse rei; ergo significatio est forma substantialis; sed forma substantialis est in genere substantiae; ergo significatio est in genere substantiae.

*Ad 1.* Solutio. Dico quod forma substantialis dat esse rei, scilicet esse substantiale; sed cum dicit “Significatio dat esse rei” <\*\*\*> scilicet esse accidentale, quare non sequitur.

*2.1* Item quod significatio sit in genere qualitatis probatio: Dispositio est in specie prima qualitatis; sed significatio est dispositio, quia significatio disponit animam, quia cum anima apprehendit significationem vocis disponitur in rem significatam; ergo significatio est in genere qualitatis.

*2.2* Quod sit in genere relationis probatio: Signum et significatum sunt proportionalia relativa; sed vox est signum et significatio est significatum, ergo sunt relativa; ergo sunt in genere relationis.

*Ad 2.1-2* Solutio. Dicendum quod significatio potest dupliciter considerari: aut quantum ad rem significatam aut in comparatione ad vocem. Et quia res significata potest esse in quolibet<sup>1</sup> genere praedicamentorum, ideo sunt<sup>2</sup> in genere qualitatis. Si considere[n]tur quantum ad vocem, hoc est quia vox est signum et significatio est significatum, ideo sunt in genere relationis. [EORUM QUAE DICUNTUR etc.] Alio modo significatio idem est quod forma a qua fit impositio vocis ad significandum ut humanitas, quia ab hac forma imponitur homo ad significandum.

### **Q VI.I.3 1. Quod res per vocem non possit repraesentari probatio.**

*1.1* Quia oporteret quod fieret unio ipsius rei cum voce, sed res non potest uniri voci, cum si<n>t in diversis locis; ergo res non potest per vocem repraesentari.

*Ad 1.1* Solutio. Dico quod duplex est unio, realis et intentionalis.<sup>3</sup> Quamvis res non possit uniri voci realiter, potest tamen intentionaliter; quare non valet.

<sup>1</sup> quolibet] qualibet T.

<sup>2</sup> sunt] est malim, sed fortasse res significata et significatio coniunctim subiectum esse indicare voluit auctor. Cf. ideo sunt in genere relationis *infra*.

<sup>3</sup> intentionalis] vocalis T.

1.2 Item, ad idem. Nullum permanens potest per transitorium repraesentari sive successivum; sed res est permanens. et vox est successiva et transitoria, ut vult Aristoteles in Praedicamentis; ergo etc.

*Ad 1.2 Solutio.* Dico quod quamvis eadem vox in numero non permaneat, tamen permanet eadem in specie; quare non valet.

1.3 Item ad idem. Dicit Aristoteles in Praedicamentis<sup>1</sup> quod destructo uno relativorum destruitur et reliquum. Sed destructa voce non destruitur res, nec econverso. Ergo non sunt sicut relativa nec sicut signum et significatum.

*Ad 1.3 Solutio* dico quod res et voces possunt dupliciter considerari aut secundum quod se habent sicut signum et significatum et sic sunt relativa, et destructo uno destruitur reliquum, aut possunt considerari secundum id quod sunt, et sic destructo non destruitur alterum, nec econverso, quare non valet.

## LECTIO VI.II

<VI.4, p. 80.19> SUPPOSITIONUM ALIA COMMUNIS etc.

**Sg VI.II** Superius Auctor determinavit de quibusdam utilibus ad cognitionem suppositionis. In hac parte determinat de suppositione. Unde illa pars dividitur in VII partes secundum quod ibi sunt VII divisiones. Quarum primae quattuor praesentis sunt lectionis, et sic sunt quattuor partes in nostra lectione. Quarum prima incipit ibi Suppositionum alia communis, secunda ibi <VI.4, 81.1> Suppositionum communium alia naturalis alia accidentalis, tertia ibi <VI.3, 81.11> Suppositionum accidentalium alia simplex, quarta ibi <VI.6, 81.19> Suppositionum simplicium alia. Et haec est sententia lectionis in generali.

**Ss VI.II** In speciali sic procedit, et ponit primam divisionem sic dicens quod suppositionum alia communis, alia discreta. Communis est illa quae fit per terminum communem, ut ‘homo currit’; discreta est illa quae fit per terminum discretum, hoc est per terminum singularem, ut ‘Socrates currit’. Et hoc est planum, et haec est sententia huius partis.

---

<sup>1</sup> Arist., *Cat.* 7.7b19-21.

Sequitur alia in qua ponit aliam divisionem dicens quod suppositionum alia naturalis, alia accidentalis: Et dicit quod suppositio naturalis est acceptio termini communis pro omnibus pro quibus aptus est participari; hoc est: quando stat pro omnibus illis ad quae impositus<sup>1</sup> fuit ad significandum, tunc est suppositio naturalis, quia ille terminus ‘homo’ de naturali impositione impositus fuit ad significandum hominem de praesenti, de praeterito et de futuro, et ita supponit pro praesentibus, praeteritis et futuris. /T 45rB/

Postea dicit quod suppositio accidentalis est acceptio termini communis pro eis pro quibus exigit adiunctum; hoc est: quando terminus intrat orationem et stat secundum exigentiam verbi cui adiungitur, tunc est suppositio accidentalis. Quando terminus adiungitur verbo de praesenti supponit pro praesentibus, et sic de aliis.

**D VI.II.1** Modo posset aliquis dicere: Cum terminus extra orationem suppositionem habeat naturalem de natura sua, qualiter verbum potest †transire†<sup>2</sup> in ipsum terminum, quod in oratione habeat accidentalem, quia accidentaliter adducam ei verbum?

Dicendum quod in quolibet verbo est res verbi, et ipsa res verbi coartatur pro aliqua differentia temporis, ut ‘currit’ i.e. “cursus est”, modo coartatur res verbi quod stat pro cursu in praesenti et sic de aliis temporibus, et res verbi coartat ipsam compositionem et compositio coartata coartat extrema,<sup>3</sup> et terminus dicitur unum extremum,<sup>4</sup> ideo stat secundum exigentiam verbi. Et haec sententia huius partis.

Ss Postea sequitur alia in qua ponit aliam subdivisionem, et dicit quod suppositionum accidentalium alia simplex, alia personalis. Et dicit quod simplex suppositio est acceptio termini communis pro re universali significata per ipsum; hoc est: quando terminus communis stat pro natura, et habet respectum ad inferiora et non ad aliquod singulare, tunc habet suppositionem simplicem, ut ‘homo est species’. Unde terminus habet vel habere potest duplum respectum: unum ad superiora, ut patet in arbore Porphyrii, et non ad inferiora, et tunc habet suppositionem simplicem <quia stat pro forma quae est simplex>; sed quando habet respectum ad inferiora, tunc stat pro aliquo singulari et non habet

<sup>1</sup> impositus] impositum T.

<sup>2</sup> transire] an transferre scribendum ?

<sup>3</sup> extrema] exterminata T.

<sup>4</sup> extremum] exterminatum T.

suppositionem simplicem, [quia stat pro forma quae est simplex]. Modo accipiatis aliud membrum huius divisionis in fine lectionis quod personalis suppositio est acceptio termini communis pro suis inferioribus; hoc est: tunc est suppositio personalis quando stat terminus communis pro re singulari, ut ‘homo currit’, ecce quod ‘homo’ stat pro aliquo singulari. Et dicit<sup><ur></sup> bene ‘personalis’ a ‘persona’, quia stat pro persona quae est suppositum. Et haec sententia huius partis.

Postea sequitur alia in qua ponit aliam divisionem dicens quod <VI.6, 81.19> “suppositionum simplicium alia est termini communis in subiecto”, et<sup>1</sup> potest habere suppositionem simplicem, ut ‘homo est species’; ecce quod ille terminus in subiecto simplicem habet suppositionem. Unde generaliter, quando praedicatum non potest convenire alicui, i.e. singulari, tunc subiectum habet suppositionem simplicem. Et magis in speciali sciendum quod quando in propositione praedicatum est accidentale, tunc subiectum habet suppositionem personalem, ut ‘homo currit’; sed quando est praedicatum substantiale, hoc dupliciter: aut ipsa est primae intentionis, et tunc adhuc est personalis; aut [quando] est secundae intentionis, et tunc semper habet suppositionem simplicem, ut ‘homo est species’ vel ‘animal est genus’.

<81.20> “Alia est suppositio simplex termini communis positi in praedicato affirmat<iv>o, ut ‘omnis homo est animal’;” ecce quod ille terminus ‘animal’ habet simplicem suppositionem. Unde regula quod in omni universalis affirmativa vera praedicatum habet simplicem suppositionem.

<81.24> “Alia est termini communis positi post dictionem<sup>2</sup> exceptivam, ut “‘omne animal praeter hominem est irrationale’, hic, dico” quia iam dixit †tria†. In parte ista explanat quoddam dictum dicens quod terminus positus post dictionem exceptivam etc., sic: “Unde” dicit “non sequitur ‘omne animal praeter hominem, ergo omne animal praeter hunc hominem est irrationale’” – certe non sequitur, sed esset fallacia figurae dictionis procedendo a simplici suppositione ad personalem.

Postea explanat quod terminus in praedicato positus habeat suppositionem simplicem sic: ‘omnium oppositorum eadem est disciplina’, ista propositio est vera et concessa ab omnibus, sed non esset vera nisi ille

<sup>1</sup> et potest habere] ex positi et habet *corruptum esse suspicor coll.* P.H. p. 81.20.

<sup>2</sup> dictionem] dīonem (i.e. divisionem) T; eodem modo paullo infra.

terminus ‘disciplina’ haberet suppositionem simplicem, quia una singularis disciplina, ut grammatica, non est omnium oppositorum sed solum congrui et incongrui, et medicina sani et aegri, et rhetorica ornati et inornati. Quare ponit quod terminus in praedicato positus habet simplicem suppositionem. Et haec est sententia lectionis in generali et in speciali.

<VI.4, p. 81.1> SUPPOSITIONUM etc.

**N VI.II.1** <*Cf. R N VI.II.1, (VN VI.III.8)*> Primo nota quae est causa quod dicitur suppositio naturalis. Propter hoc notandum quod naturale dicitur tribus modis. Uno modo dicitur naturale illud quod est a principio intrinseco, et sic animal dicitur naturale quia movetur ab anima, quae est intra. Alio modo dicitur naturale illud quod frequenter evenit, et sic hiems dicitur fieri naturaliter quia frequenter evenit. Alio modo dicitur naturale illud quod est per se et non per aliud, et sic sumitur hic naturale, quia quando terminus communis supponit per se et non per aliud dicitur esse suppositio naturalis.

**N VI.II.2** <*Cf. R N VI.II.3*> Secundo nota quare dicitur suppositio accidentalis. Propter hoc nota quod accidentale dicitur duobus modis. Uno modo dicitur accidentale i<llu>d quod adest et abest, ut me sedere potest adesse vel abesse. Alio modo dicitur accidentale illud quod non supponit per se sed per aliud, et sic sumitur hic, quia terminus communis supponens per<sup>1</sup> aliud et non per se dicitur habere suppositionem accidentalem, et ideo dicitur suppositio accidentalis.

**N VI.II.3** Tertio nota quare<sup>2</sup> suppositio dicitur simplex. Propter hoc notandum quod simplex dicitur duobus modis. Uno modo simplex dicitur illud quod est indivisibile, et sic punctus dicitur simplex quia non potest dividi. Alio modo dicitur simplex idem quod commune, unde Aristoteles in V<sup>o</sup> Metaphysicae<sup>3</sup> “In quanto aliquid simplicius, in tanto communius”; et sic sumitur hic, quia quando terminus communis supponit pro re universali et communi dicitur habere suppositionem simplicem, et ideo dicitur simplex suppositio.

**N VI.II.4** Quarto nota quare dicitur personalis suppositio. Ideo nota quod persona dicitur tribus modis. Uno modo dicitur idem quod digni/T

<sup>1</sup> per aliud] pro alio T.

<sup>2</sup> quare] quod T.

<sup>3</sup> Cf. Arist., *Metaph.* V.1014b6-8.

**45vA/tas**, ut homo habens dignitatem. Alio modo dicitur persona quidam modus loquendi de se vel de alio vel ad alium, et sic sumitur in grammatica. Alio modo dicitur persona quando terminus aliquis supponit pro suis inferioribus, ut ‘homo currit’, et sic sumitur hic, et ideo dicitur suppositio personalis.

**N VI.II.<sup>bis</sup>** Vel aliter:

**N VI.II.1<sup>bis</sup>** Duplex est causa quare dicitur suppositio naturalis. Una causa est quod suppositio naturalis est quando terminus communis supponit pro praesentibus, praeteritis et futuris; et quia terminus communis aptus natus est participari a<sup>1</sup> praesentibus, < praeteritis et futuris>, eodem modo semper supponit, et quae semper eodem modo eveniunt sunt naturalia; quare merito suppositio naturalis dicitur naturalis. Alia causa est quod suppositio naturalis [est quando terminus communis supponit pro praesentibus, praeteritis et futuris, et quia terminus communis naturaliter aptus natus est participari cum praesentibus, praeteritis et futuris,] <\*\*\*><sup>2</sup> ideo merito talis suppositio dicitur naturalis.

**N VI.II.2<sup>bis</sup>** Praeterea nota quare suppositio dicitur accidentalis. Et est duplex causa. Prima causa est quando terminus communis non supponit semper eodem modo, et ea quae non supponunt semper eodem modo sunt accidentalia quia accidentia habent mutare; quare merito talis suppositio debet dici accidentalis. Alia causa est quia suppositio accidentalis est quando terminus communis supponit <non> per [primam naturam sed per] propriam naturam sed per naturam alienam, sc.<sup>3</sup> per naturam adiuncti. Sed supponere<sup>4</sup> per naturam alienam accidit termino communi et est accidentale, quare merito talis suppositio dicitur accidentalis.

**N VI.II.3<sup>bis</sup>** Tertio nota quare suppositio dicitur simplex. Et est causa quia suppositio simplex est quando terminus communis stat pro re universali, et omne universale est in intellectu, et omnis intellectus est simplex. Quare talis suppositio potest dici merito simplex.

<sup>1</sup> a] cum T.

<sup>2</sup> <\*\*\*>] <est quando terminus supponit per propriam naturam et non per alienam; sed supponere per naturam propriam non accidit termino communi et est naturale> proposuit Marmo.

<sup>3</sup> sc.] sed T.

<sup>4</sup> supponere] supponit T.

**N VI.II.5** Postea nota tres regulas. Quarum prima haec est: Quando est aliquod praedicatum quod non habet respectum ad singulare, terminus communis ei supponens dicitur habere suppositionem simplicem, ut ‘homo est species’: ibi praedicatum ‘species’ non habet respectum ad singularia. Alia regula est quod terminus communis in praedicato positus debet habere suppositionem simplicem, quia ab isto termino non fit descensus ad singularia, ut cum dicitur ‘omnis homo est animal’ non sequitur <‘ergo omnis homo est hoc animal’>, sed est ibi fallacia figurae dictionis procedendo a simplici suppositione ad personalem; similiter in quolibet tali argumento. Tertia regula est quod terminus positus post dictionem exclusivam habet suppositionem simplicem, ut cum dicitur ‘tantum unum est’, quia non fit descensus ad singularia, quia non sequitur ‘tantum unum est, ergo tantum hoc unum est’, sed est ibi fallacia figurae dictionis sicut prius.

**Q VII.II.1** Quaeritur utrum ista propositio ‘homo est species’ sit singularis.

1. Et videtur quod sic.

1.1 Dicit Priscianus<sup>1</sup> quod ‘homo’ est nomen proprium speciei; ergo hic subicitur proprium nomen; sed illa propositio in qua subicitur proprium nomen est singularis; ergo ista est singularis.

1.2 Item, ad idem: Ex omni indefinita potest fieri particularis per additionem signi particularis; sed ex ista non potest fieri particularis, quia esset falsa; ergo etc.

*Ad 1.2.* Solutio. Dico quod hoc bene potest, sed illa singularis est falsa, et propter hoc sequitur quod ista sit indefinita.

2.1.1 Item, ad idem: Omnis propositio indefinita potest recipere supra se signum universale; sed illa non potest recipere supra se signum universale; ergo non est indefinita nec particularis nec singularis,<sup>2</sup> ergo est universalis.

2.1.2.1 Praeterea, quod sit indefinita probatio: Omnis propositio accidentalis est communis; sed omnis simplex est accidentalis; ergo omnis simplex est communis. Sed in ista propositione ‘homo est species’

---

<sup>1</sup> Cf. Prisc., *Inst. II.v.24*, GL II.58.14-17. *Priscianus tamen ‘homo’ ut exemplum nominis appellativi, non proprii, affert.*

<sup>2</sup> singularis] universalis T.

[et] est suppositio simplex; ergo est communis. Sed communis suppositio <est> quae fit per terminum communem, et indefinita est illa in qua subicitur communis terminus; ergo est indefinita.

2.1.2.2 Ad idem: Suppositio<sup>1</sup> simplex est acceptio termini communis pro re universalis significata per ipsum; sed in propositione indefinita est terminus communis; ergo illa est indefinita.

*Ad 2.1.2.1-2 Illa duo argumenta ego concedo.*

*Ad 1.1-2 Et ad duo prima respondeo.*

*Ad 1.1 Primo ad primum. Quando <dicitur> “Dicit Priscianus quod ‘homo’ est proprium nomen speciei, ergo est proprium”, dicendum quod non sequitur, sed est ibi fallacia<sup>2</sup> secundum quid et simpliciter.*

*Ad 1.2 Ad aliud. Cum tu dicis quod propositio indefinita non potest recipere supra se signum universale, dico quod illa bene potest recipere supra se signum universale, sed tamen propositio est falsa dicendo sic ‘omnis homo est species’.*

#### <VI.6, 81.19> ITEM SUPPOSITIONUM

**N VI.II.6** <*Cf. R N VI.II.2*> Nota quod terminus sumitur indifferenter pro omnibus duobus modis: aut quia significat indifferenter rem praesentem, praeteritam et futuram; alio modo sumitur terminus indifferenter pro omnibus †quae(?)<sup>3</sup> supposita significant<sup>4</sup>† praesentia, praeterita et futura, et hoc modo sumitur hic.

**N VI.II.7** <= *R N VI.II.4*> Item nota quod praedicatorum quaedam sunt essentialia, quaedam accidentalia: accidentalia ut ‘album’ ‘nigrum’, et quando subiectum supponitur tali praedicato, tunc<sup>5</sup> habet suppositionem personalem; si<sup>6</sup> sint essentialia,<sup>7</sup> hoc dupliciter: aut primae intentionis aut secundae; si primae, sic terminus supponens <habet<sup>8</sup> suppositionem

<sup>1</sup> suppositio] propositio **T**.

<sup>2</sup> fallacia] fi(gur)a **T**.

<sup>3</sup> quae – significant **T**] *his correspondet in R* quia significat rem communiter se habentem ad.

<sup>4</sup> significant] sunt *coniecit Marmo*.

<sup>5</sup> tunc – personalem **T**] habet supponi personaliter **R**.

<sup>6</sup> si] vero *add. R*.

<sup>7</sup> essentialia hoc dupliciter aut **T**] substantialia duobus modis aut sunt **R**.

<sup>8</sup> habet– supponens *ex R supplavi*.

personalem, ut ‘homo est animal’; si secundae intentionis, sic terminus supponens> habet suppositionem simplicem, ut ‘homo est species’.

**Q VI.II.2** <= R Q VI.II.1> Quaestio est utrum terminus in praedicato positus habeat suppositionem simplicem. vel non.

1. Videtur<sup>1</sup> quod sic. Dicit Aristoteles in Prioribus<sup>2</sup> quod quaedam sunt<sup>3</sup> quae subiciuntur tantum, ut singularia ut Socrates;<sup>4</sup> alia sunt quae praedicantur tantum, ut genera generalissima ut qualitas<sup>5</sup> et quantitas etc.; alia sunt quae subiciuntur<sup>6</sup> et praedicantur, ut genera et species subalternae, ut animal vel corpus. Unde vult quod illa quae praedicantur praedicentur<sup>7</sup> ratione superiorum; sed quotienscumque terminus stat ratione superiorum habet suppositionem simplicem, ut videtur.

2.1 Oppositum patet per<sup>8</sup> Aristotelem<sup>9</sup> dicentem quod ad hoc quod<sup>10</sup> genus praedicetur de aliquo oportet aliquam eius speciem praeditum dicari. Vult ergo quod praedicatum<sup>11</sup> stet ratione inferiorum; sed tunc habet suppositionem<sup>12</sup> personalem; ergo etc.

2.2 Item, ad idem. Dicit<sup>13</sup> Boethius<sup>14</sup> “Talia sunt praedicata qualia permiserint subiecta”; sed istud subiectum ‘homo’ semper habet suppositionem personalem; ergo etc.

---

<sup>1</sup> videtur – Prioribus T] et quod sic videtur Aristoteles in Prioribus dicit R.

<sup>2</sup> Cf. Arist., *APr.* I.27.43a25-32, rec. Flor: “Omnium igitur quae sunt haec quidem sunt talia ut de nullo alio praedicentur vere universaliter (ut Cleon et Callias et quod singulare et sensibile est), de his autem alia (nam et homo et animal uterque horum est); alia vero ipsa quidem de aliis praedicantur, de his autem alia priora non praedicantur; alia autem et ipsa de aliis et de his alia, ut homo de Callia et de homine animal.”

<sup>3</sup> sunt quae T] quod R.

<sup>4</sup> Socrates] et Plato add. R.

<sup>5</sup> qualitas et quantitas etc. T] substantia vel qualitas R.

<sup>6</sup> subiciuntur et praedicantur T] praedicantur et subiciuntur simul R.

<sup>7</sup> praedicentur R] praedicantur T.

<sup>8</sup> per – dicentem T] Aristoteles in quarto Topicorum R.

<sup>9</sup> Arist., *Top.* II.4.111a33-34.

<sup>10</sup> quod T] ut R.

<sup>11</sup> praedicatum T] praedicatur R:

<sup>12</sup> suppositionem personalem T] inv. R.

<sup>13</sup> dicit – subiecta T] tali (*sic!*) sunt praedicata qualia permiserint subiecta ut vult Boethius R.

<sup>14</sup> Boethius, *Trin.* 4, *PL* 64: 1252A.

2.3 Item, ad idem. Pro eisdem supponunt termini in affirmativa et negativa; sed cum dico ‘quidam homo non est animal’ hoc<sup>1</sup> ‘animal’ habet suppositionem personalem; ergo<sup>2</sup> hoc quod dico ‘animal’ habebit personalem in affirmativa.

3. Solutio. Dico quod praedicatum<sup>3</sup> potest duplicititer<sup>4</sup> considerari: aut <secundum><sup>5</sup> quod est in ratione praedicati, et sic, cum sit loco formae, et forma <est><sup>6</sup> simplex et indivisibilis, per<sup>7</sup> se habet suppositionem simplicem, et sic procedit primum argumentum; aut secundum quod illa forma multiplicatur per sua supposita, et sic habet suppositionem personalem, et sic procedunt alia argumenta.

### LECTIO VI.III

<VI.8, 82,13> ITEM PERSONALIUM SUPPOSITIONUM etc.

**Sg VI.III** In hac parte ponit alias tres. Unde illa pars dividitur in tres, nam in prima parte ponit unam divisionem, in secunda aliam, in tertia aliam. Secunda ibi <83.4> Confusarum suppositionum, tertia ibi <83.12> Unde ille terminus ‘homo’ dicitur etc. Adhuc prima in tres, nam in prima parte ponit quintam divisionem suppositionum et determinat de uno membro, in secunda probat quoddam dictum, in tertia determinat de alio membro. Secunda ibi <82.23> Quod autem utraque illarum, tertia ibi <VI.9, 82.29> Confusa suppositio est. Et haec sententia lectionis in generali.

**Ss VI.III** In speciali sic procedit circa primam partem dicens quod personalium suppositionum alia est determinata, alia confusa. Et dicit quod determinata suppositio est quam habet terminus communis indefinite sumptus vel cum signo particulari; hoc est: determinata est illa quando sc. terminus communis stat determinate pro aliquo supposito, ut ‘homo currit’, vel cum signo particulari ut ‘quidam homo currit’, vel sine signo ut ‘homo currit’. Dicitur determinata quia licet ille terminus ‘homo’ supponat tam pro omni homine currente quam non currente, solum reddit

<sup>1</sup> hoc T] li R.

<sup>2</sup> ergo] et add. R.

<sup>3</sup> praedicatum T] om. R.

<sup>4</sup> duplicititer considerari T] considerari duobus modis R.

<sup>5</sup> secundum] ex R supplevi.

<sup>6</sup> est] ex R supplevi; semper add. R.

<sup>7</sup> per T] de R.

locutionem veram pro homine currente, †quamvis non currat ut Socrates† illa est vera ‘homo currit’ pro Socrate, et ita ostendit quod aliud est supponere et aliud reddere locutionem veram. Et haec est sententia huius partis.

Postea intendit probare quoddam dictum dicens quod suppositio determinata est ut ‘homo currit’ vel ‘aliquis homo currit’, et hoc sic quia cum sic dicitur ‘animal est Socrates, animal est Plato, et sic de aliis singularibus; ergo animal est omnis homo’ hic est figura dictionis a pluribus determinatis ad unam illarum †modo suppleas tu†; sed hoc non posset esse nisi ille terminus ‘animal’ haberet suppositionem determinatam ut ‘homo currit’ vel cum signo particulari ut ‘aliquis homo currit’; quare utraque istarum est suppositio determinata. Et haec est sententia huius partis.

Sequitur alia in qua dicit quid est suppositio confusa dicens quod suppositio confusa est acceptio termini communis pro pluribus mediante signo universalis; hoc est: quando signum universale additur termino communi, tunc est suppositio confusa, ut ‘omnis homo est animal – ecce quod ille terminus ‘homo’ habet suppositionem confusam, quia stat pro pluribus suppositis, et confusio nihil aliud est nisi multorum in unum [con]fusio. Et haec est sententia huius partis.

Postea sequitur alia pars <83.4> in qua ponit aliam divisionem dicens quod confusarum suppositionum alia est confusa necessitate modi vel signi, alia est confusa necessitate rei. Verbi gratia, ut cum dicitur ‘omnis homo est animal’ ‘homo’ confunditur virtute huius signi ‘omnis’, quare habet confusam suppositionem; etiam ‘animal’ confunditur virtute rei, et hoc probat: cum unusquisque homo habeat suam essentiam, ideo hoc verbum ‘est’ tenetur pro tot essentiis pro quot hominibus ‘homo’, et cum unicuique homini sua insit animalitas, oportet istum terminum ‘animal’ teneri pro tot animalitatibus pro quot essentiis tenetur hoc verbum ‘est’, quare cum dico sic ‘omnis homo est animal’ li ‘homo’ confunditur virtute huius signi ‘omnis’ et li ‘animal’ virtute huius verbi ‘est’.

Postea sequitur alia <83.12> in qua ponit aliam divisionem, sc. ultimam, sic dicens: Confusarum suppositionum alia confusa mobilis, alia est confusa immobilis. Verbi gratia ut ‘omnis homo currit’, ille terminus ‘homo’ habet suppositionem confusam mobilem – confusam quia confunditur ab isto signo ‘omnis’, mobilem quia potest fieri descensus pro quolibet suo supposito sic dicendo ‘omnis homo currit,

ergo Socrates, ergo Plato, et sic de aliis'. Et istud signum 'omnis' confundit istum terminum 'animal' mediate confuse immobiliter – confuse quia [non] facit ipsum stare pro multis, immobiliter quia non licet fieri descensum <ad> singularia sic dicendo 'omnis homo est animal, ergo omnis homo e<s>t hoc animal' †cum sequitur† sed<sup>1</sup> esset ibi figura dictionis a simplici suppositione ad personalem sicut hic 'homo est species, ergo aliquis homo' et hic 'homo est dignissima creaturarum, ergo aliquis homo' et sic de aliis. Sed differunt quia in suppositione confusa mobili est suppositio a parte subiecto, sed in ista est a parte praedicati. Et haec est sententia huius partis.

<\*\*\*> Cum dico sic 'omnis homo est animal' li 'animal' stat ibi ut genus, ergo non est multiplex. Quare 'animal' non poterit multiplicari, et sic non habebit confusam suppositionem sed immobilem. Et arguit sic: Motus sursum et motus deorsum sunt opposita, sed res levius movetur sursum, res gravius movetur deorsum, ergo res gravius et res levius sunt opposita. Eodem modo arguit ipse. Et haec sententia lectionis in generali et in speciali.

#### <VI.8, 82.13> ITEM SUPPOSITIONUM PERSONALIUM

Circa primam partem dicit Auctor quod terminus communis indefinite sumptus supponit pro omni /T 46rA/ homine tam currente quam non currente. Videtur per hoc quod terminus communis indefinite sumptus supponat pro pluribus quemadmodum terminus communis sumptus cum signo universalis.

**N VI.III.1** <*Cf. R N VI.III.1*> Propter hoc notandum quod aliquid potest supponere duobus modis: aut in actu aut in potentia. Terminus communis indefinite sumptus supponit pro omni homine tam currente quam non currente in potentia, sed terminus communis cum signo universalis sumptus, ut cum dico 'omnis homo currit' supponit pro omni homine currente in actu. Unde regula magistralis: Signum universale affirmativum adveniens termino communi reducit ad actum ea quae prius fuerant in potentia.

**N VI.III.2** <*Cf. R N VI.III.5*> Secundo nota quattuor regulas supra ultimam partem. Quarum prima haec est: Signum universale affirmativum confundit communem terminum immediate sibi adiunctum

---

<sup>1</sup> sed] licet T.

confuse mobiliter, et mediate confuse immobiliter<sup>1</sup> ut ‘omnis homo est animal’: hoc signum ‘omnis’ confundit istum terminum ‘homo’ confuse et mobiliter <\*\*\*>

Secunda regula est \*\*\*> ut ‘nullus homo est asinus’: hoc signum ‘nullus’ confundit istum terminum [omnis] ‘homo’ et istum terminum ‘asinus’ confuse mobiliter – confuse quia facit ipsum stare pro multis, mobiliter quia licet fieri descensus sub utroque, primo sub subiecto ut ‘nullus homo est asinus, ergo Socrates non est asinus, ergo Plato, et sic de aliis’, sub praedicato sic †‘nullus<sup>2</sup> asinus est homo, ergo Brunellus non est homo†, et sic de aliis’.

Tertia regula est: dictio exclusiva sive exceptiva confundit omnem terminum immediate post dictionem exceptivam sequentem confuse immobiliter, ut ‘omne animal praeter hominem est irrationale’: illa dictio exceptiva ‘praeter’ confundit istum terminum ‘hominem’ confuse, quia facit ipsum stare pro multis, immobiliter quia non licet fieri descensum ad sua singularia dicendo sic ‘omne animal praeter hominem est irrationale, ergo omne animal praeter hunc hominem’; non sequitur, sed est ibi figura dictionis.

<Quarta regula est \*\*\*>

**N VI.III.3** <*Cf. V VI.II.3*> Nota differentiam inter supponere et reddere locutionem veram, quia supponere est ratione suppositorum in se et absolute, sed reddere locutionem veram est in comparatione ad praedicatum, quod praedicatur de subiecto et quia illud praedicatum aliquando non convenit nisi uni, ideo locutio est vera pro illo cui convenit praedicatum.

**N VI.III.4** Item, nota quod duplex est differentia inter esse et essentiam. Una differentia est quia esse se habet per modum concreti sed essentia se habet per modum abstracti, unde essentia sic definitur: essentia est qua<sup>3</sup> unumquod<que> est id quod est. Alia differentia est quia essentia est materia rei vel forma, sed esse illud quod resultat ex unione formae cum materia.

<sup>1</sup> immobiliter] et mobiliter T.

<sup>2</sup> nullus – homo] nullus homo est asinus, ergo nullus homo est Brunellus *expectandum erat*.

<sup>3</sup> qua H. Hansen] quid T.

**Q VI.III.1** Quaestio est quae suppositio est hic ‘piper venditur hic et Romae’.

1. Quidam dicunt quod est suppositio simplex.

2.1 Sed contra: Terminus communis supponens habens simplicem suppositionem supponit pro re universali et non pro singulari, sed ille terminus communis ‘piper’ non supponit pro re universali, ut probabo; ergo ista<sup>1</sup> non est simplex. Probatio minoris: Dicit Porphyrius<sup>2</sup> quod omne praedicatum accidentale per prius inest individuis et per posterius speciebus; sed in ista propositione ‘piper venditur hic et Romae’ istud praedicatum ‘venditur’ est accidentale; ergo per prius inest singularibus; sed illa propositio in qua praedicatum per prius inest singularibus est suppositio personalis; ergo ista est personalis et non simplex.

2.2 Ad idem. Suppositio simplex est acceptio termini communis pro re universali; sed in ista non supponit terminus communis pro re universali, ut probabo; ergo etc. Probatio minoris: [Unum<sup>3</sup> et idem corpus non potest esse in diversis locis, ergo unum et idem piper non potest vendi hic et Romae.] Nulla res universalis potest vendi; sed piper potest vendi; ergo hic non est suppositio simplex sed personalis.

1.2 Sed contra: Suppositio personalis est quae potest verificari<sup>4</sup> per aliquod singulare; sed illa non potest verificari per aliquod singulare, cum unum et idem piper numero<sup>5</sup> non possit vendi hic et Romae, quia unum et idem corpus non potest esse in diversis locis simul et semel; ergo illa non est personalis.

3. Solutio. Dico quod est personalis.

*Ad 2.1-2* Et concedo duo prima argumenta.

*Ad 1.2* Et respondeo ad tertium quod duplex est suppositio personalis: simplex et geminata. Ibi non est suppositio simplex sed geminata solum, quia ibi sunt duo praedicata ‘piper venditur hic et Romae’: et ‘venditur hic’ et ‘venditur Romae’.

<sup>1</sup> ista non est] *iter.* T.

<sup>2</sup> Porph., *Intr.* 13.13-21.

<sup>3</sup> Unum – Romae] *secludi iussit H. Hansen.*

<sup>4</sup> verificari] certificari T.

<sup>5</sup> numero] *lectio incerta.*

**Q VI.III.2** Iuxta hoc quaeritur cuiusmodi est hic: ‘mulier quae damnavit salvavit’, et similiter quaero quae suppositio est hic ‘haec herba crescit in horto meo’.

Ad primam quaestionem dicendum quod istud relativum ‘quae’ potest facere suppositionem simplicem aut personalem. Si simplicem, sic est vera et est sensus “mulier quae damnavit et salvavit, i.e. illa et eadem mulier quae damnavit in specie ipsa salvavit”. Si suppositionem personalem, sic est falsa et est sensus “illa et eadem mulier in numero quae damnavit salvavit”, et hoc est falsum.

Ad secundum dico quod hoc pronomen ‘haec’ potest facere [suppositionem] simplicem aut personalem demonstrationem. Si simplicem, sic est vera et est sensus “haec herba crescit in horto meo, hoc est: haec herba in specie quae crescit hic, crescit in horto meo”, et hoc est verum. Si personalem, sic est falsa et est sensus “haec herba in numero quae crescit hic, ista in numero et eadem crescit in horto meo”, et hoc est falsum.

<VI.8, p. 82,13> ITEM, SUPPOSITIONUM PERSONALIUM etc.

**N VI.III.5** Nota quod terminus communis potest supponere pro omnibus suis inferioribus indifferenter dupliciter: aut in potentia aut in actu. Unde dico quod terminus indefinite sumptus supponit pro omnibus in potentia, ut ‘homo currit’, sed terminus sumptus cum signo universalis supponit pro omnibus in actu ‘omnis homo currit’. /T 46rB/

**N VI.III.6** Item, nota quod signum universale est inventum ut reducat ad actum illa quae sunt in potentia in<sup>1</sup> termino. Et ita patet quod terminus indefinite sumptus cum signo universalis indifferenter stat pro omnibus suis suppositis.

**N VI.III.7** <*Cf. V VI.III.6>* Item, nota quod terminus indefinite sumptus potest dupliciter considerari: aut per comparationem ad praedicatum, et sic dico quod non supponit nisi pro illis pro quibus exigit praedicatum; si comparetur ad sua supposita, sic dico quod stat pro omnibus suis inferioribus indifferenter.

**Q VI.III.3** Quaestio est utrum terminus in praedicato positus possit multiplicari.

---

<sup>1</sup> in] cum T.

*Quaestionem hic omisi quia eadem est ac R Q VI.IV.1 supra edita.*

## LECTIO VI.IV

<VI.10, 83.24> SED NE VIDEATUR OPPOSITUM

**Sg VI.IV** Superius Auctor determinavit de suppositione definitive et divisive, in hac parte solvit unam contrarietatem. Unde ista pars dividitur in duas partes. In prima solvit illam contrarietatem quae videtur prius esse dicta, in secunda ponit ultimam divisionem. Secunda incipit ibi <VI.11, 84.13> Sed ego credo, et illa in duas; in prima destruit illam divisionem,<sup>1</sup> in secunda destruit rationem eorum qui istam divisionem ponebant; secunda ibi <VI.12, 86.10> Causa autem propter quam. Adhuc prima in quattuor. In prima destruit illam divisionem per primam rationem, in secunda per aliam, in tertia per aliam, in quarta per aliam. Secunda ibi <p. 84.28> Item hoc videtur <per> Aristotelem, tertia ibi <85.11> Item totum universale quod est genus, quarta <85.22> Item comparatio illa secundum quam. Et haec est sententia lectionis in generali.

**Ss VI.IV** In speciali sic procedit dicens “Sed ne videatur oppositum quod dictum est”; hoc est: ne videatur oppositum inter prius dicta, quia dictum est in fine alterius lectionis quod cum dico sic ‘omnis homo est animal’ ille terminus ‘animal’ in praedicato positus habet suppositionem confusam immobilem, et dictum est magis superius quod ille terminus ‘animal’ habet simplicem suppositionem, propter hoc posset aliquis dubitare qualiter unus et idem terminus in praedicato posset habere suppositionem simplicem et suppositionem confusam immobilem. Istam dubitationem solvit per distinctionem et dicit quod cum dicitur sic ‘omnis homo est animal’ ille terminus ‘animal’ potest dupliciter considerari: aut secundum quod stat pro ipso communi quod est genus, et sic habet suppositionem simplicem, aut secundum quod stat pro natura generis multiplicata per sua singularia, et sic habet suppositionem confusam immobilem. Et addit dicens quod suppositio confusa mobilis non potest simul esse cum simplici neque secundum idem neque secundum diversa; hoc est: suppositio confusa mobilis et suppositio simplex non possunt in eodem termino eodem modo nec diversimode esse, et ratio huius est quia suppositio confusa mobilis et simplex habent diversimode repugnantiam, quia repugnat in duobus, ut patet in notabili; sed suppositio confusa

---

<sup>1</sup> divisionem *H. Hansen*] dubitationem T.

immobilis bene potest esse simul cum simplici, non tamen secundum idem sed secundum diversa; hoc est: supposito confusa immobilis et suppositio simplex possunt esse in eodem termino, non tamen eodem modo sed diversimode, et ratio huius est quia repugnant in uno et convenient in alio, ut patet in notabili. Et solvit contrarietas quae apparebat †subcc̄ntibus†. Et haec sententia huius partis.

Sequitur <VI.11, 84.13> alia in qua destruit ultimam divisionem suppositionum. Unde sciendum est quod illa ultima suppositionis divisio non est de opinione sua sed opinione quorundam aliorum, sed ipse posuit illam et intendit destruere sic per hanc rationem et intendit de praedicatione per se. Dicit Porphyrius<sup>1</sup> quod omne i<llu>d quod de altero praedicatur aut praedicatur [ut genus aut] ut maius <aut ut> aequale, i.e. convertibile; si ut maius, aut accidentale aut substantiale; si[c] ut substantiale, aut genus aut differentia. Et ab ista divisione elicit tale argumentum: Cum dico sic ‘omnis homo est animal’, hic<sup>2</sup> est praedicatio per se, istud praedicatum ‘animal’ praedicatur ut maius aut convertibile; sed non ut convertibile, ergo ut maius; si maius, aut substantiale aut accidentale; sed non accidentale, ergo genus aut differentia; sed non praedicatur differentia, ergo genus; sed natura generis multiplicata per sua singularia non est genus; ergo cum dico sic ‘omnis homo est animal’ ille terminus ‘animal’ non potest multiplicari; et si non potest multiplicari, non potest confundi mobiliter nec immobiliter, quia multiplicari et confundi idem sunt. Et illa ratio potest reduci ad formam syllogisticam sic: Omne illud quod praedicatur de aliquo non ut convertibile sed ut maius, non accidentale sed essentiale, non ut differentia, praedicatur ut genus; omne i<llu>d quod praedicatur de aliquo non [ut] conversim, non ut differentia, praedicatur ut genus; sed cum dico sic ‘omnis homo est animal’ iste terminus ‘animal’ praedicatur de homine non conversim, non ut differentia; praedicatur ergo ut genus; sed natura generis multiplicata per sua supposita non est genus, <ergo> cum dico sic ‘omnis homo est animal’ li ‘animal’ non potest ibi multiplicari, et si non potest multiplicari non potest confundi mobiliter neque immobiliter. Et haec sententia huius partis.

Sequitur <84.28> alia in qua destruit praedictam contrarietatem /T 46vA/ per aliam rationem, et dicit sic: Dicit Aristoteles in libro

<sup>1</sup> Cf. Porph., *Intr.* 7.2sqq.

<sup>2</sup> hic] hoc T, ut videtur.

Topicorum<sup>1</sup> quod omne id quod de aliquo<sup>2</sup> praedicatur aut praedicatur conversim de re[i] aut non; si conversim, aut est proprium aut definitio;<sup>3</sup> si non conversim, aut cadit in definitione rei aut <non>; si non, est accidens; si cadit in definitione rei aut est genus aut differentia. Et ab illa divisione elicit<ur> tale argumentum: In hac propositione ‘omnis homo est animal’ est praedicatio recta, et non praedicatur aequale nec accidens, ergo genus vel differentia; sed non differentia, ergo praedicatur genus; sed natura generis multiplicata per sua singularia non est genus; ergo cum dico sic ‘omnis homo est animal’ ‘animal’ non poterit multiplicari nec confundi, et ita nec mobiliter nec immobiliter. Et ista ratio potest reduci ad syllogismum sic: Omne id quod praedicatur de aliquo non conversim, non ut accidens, non ut differentia, praedicatur ut genus; sed cum dico sic ‘omnis homo est animal’ ‘animal’ est huiusmodi; sed natura generis multiplicata per sua singularia non est genus, ergo animal non potest multiplicari et ita nec confundi mobiliter nec immobiliter. Et haec sententia huius partis.

Sequitur <85.11> alia pars in qua destruit praedictam divisionem per aliam rationem: Totum universale quod est genus et totum in quantitate ex opposito se habent (hoc est: sunt opposita); sed duplex est totum in quantitate, completum et incompletum; completum est quando terminus communis confundit<ur> mobiliter, incompletum quando terminus communis confunditur immobiliter. Et dicit “et simpliciter”, hoc est: quando terminus communis confunditur mobiliter; et dicit “quodammodo et quodammodo”, hoc est: quando terminus communis confunditur immobiliter. Sed totum universale non potest esse nec completum nec incompletum, ergo terminus communis in praedicato positus non poterit confundi mobiliter nec immobiliter. Et omnia illa concedit Auctor. Et haec est sententia huius partis.

Sequitur <85.22> alia in qua destruit praedictam divisionem per aliam rationem sic: Comparatio illa secundum quam inferiora reducuntur in superiora est opposita illi comparationi secundum quam superiora reducuntur in inferiora; sed secundum primam sumitur <commune> ratione communis, et secundum secundam sumitur ratione communis multiplicati; ergo universale quod est genus et totum in quantitate sunt

<sup>1</sup> Arist., *Top.* I.8.103b7-19.

<sup>2</sup> aliquo] reliquo T.

<sup>3</sup> definitio] differentia T.

opposita; quare<sup>1</sup> terminus communis in praedicato positus non poterit multiplicari nec ita confundi mobiliter nec immobiliter. Et haec est sententia generalis et specialis.

<VI.10, 83.24> SED NE VIDEATUR OPPOSITUM etc.

**N VI.IV.1** Circa primam partem nota primo quod terminus communis habens suppositionem confusam mobilem stat pro singularibus, sed terminus communis habens suppositionem simplicem non stat pro aliquo singulari; ergo suppositio confusa mobilis et simplex differunt. Item, sub termino habente suppositionem confusam mobilem licet descendere ad omnia singularia, sed sub termino habente suppositionem simplicem n<on> licet descendere ad aliquod singulare; ergo differunt. Item dicit quod suppositio confusa immobilis potest simul esse cum simplici. Nota quod haec est causa quia in uno differunt et in uno convenient: differunt in uno, quia terminus communis habens suppositionem confusam immobilem stat pro singularibus, sed terminus communis habens suppositionem simplicem non stat pro aliquo singulari; convenient in uno, quia sicut sub termino habente suppositionem confusam immobilem non licet descendere ad singularia, ita similiter sub termino habente suppositionem simplicem non licet descendere ad aliquod singulare; et ideo suppositio confusa immobilis potest simul esse cum simplici.

**N VI.IV.2** <*Cf. V N VI.IV.3*> Secundo nota quod quadruplex est praedicatio, sc. per se, per accidens, secundum se, secundum accidentis. Praedicatio per se est quando superius praedicatur de suo inferiori, ut ‘omnis homo est animal’; praedicatio per accidens est quando inferiorius praedicatur de suo superiori ut ‘animal est homo’; praedicatio secundum se est quando accidens praedicatur de subiecto ut ‘lignum est album’; praedicatio secundum accidentis est quando subiectum praedicatur de accidente ut ‘album est lignum’.

**N VI.IV.3** Postea nota quod duplex est praedicatio: directa et indirecta. Directa est quando superius praedicatur de inferiori ut ‘homo est animal’, indirecta est quando inferiorius de superiori ut ‘animal est homo’.

**Q VI.IV.1** Dicitur in Littera quod natura generis multiplicata non est genus. Ideo quaeritur, cum dico sic ‘homines sunt animalia’ utrum ‘animalia’ in plurali sit genus.

---

<sup>1</sup> quare] quia T.

1.1 Et videtur quod numerus singularis et pluralis non differunt secundum essentiam, sed solum secundum modum; sed constat quod animal in singulari est genus, ergo animal in plurali est genus.

1.2 Ad idem: Dicit Aristoteles quod quattuor sunt praedicata, sc. genus, definitio, proprium et accidens. Unde arguo sic: ‘Homines sunt animalia’: iste terminus ‘animalia’ est praedicatum; sed non est definitio, neque proprium, neque accidens; ergo est genus.

1.3 Praeterea, dicit Aristoteles V<sup>o</sup> Topicorum<sup>1</sup> quod natura generis multiplicata est genus; ergo etc.

2. Solutio ad quaestionem et ad argumenta, quod genus potest dupliciter considerari: aut id[em] quod est genus, aut genus in quantum genus. Si genus consideretur <ut> id quod est genus, sic potest multiplicari; sed si consideretur genus in quantum genus, sic non potest multiplicari, et sic animal in quantum genus non potest multiplicari. Et sic patet solutio.

<VI.10, 83.24> NE VIDEATUR OPPOSITUM

**N VI.IV.4** <*Cf. R N VI.IV.1, VN VI.IV.4*> Nota quod genus non potest multiplicari tribus de causis. Prima causa est quia scribitur super Librum de causis<sup>2</sup> “In quanto aliquid communius, in tanto simplicius”; sed natura generis est valde communis; ergo est valde simplex, et ita non potest multiplicari. Alia causa est quia genus comparatur ad suas species sicut punctus ad lineas; sed punctus est simplex et indivisibilis; ergo et genus erit simplex et indivisible; quare non potest multiplicari. Alia causa est quia genus est forma, et forma est simplex et indivisibilis, ut vult Auctor Sex principiorum;<sup>3</sup> quare genus non potest multiplicari.

**N VI.IV.5** <*Cf. R N VI.IV.2, VN VI.IV.5*> Item, nota quod duplex est mul/T 46vB/tiplicatio. Est quaedam multiplicatio numeralis, et a tali multiplicatione genus potest multiplicari. Alia est multiplicatio facta per supposita mediante signo universalis, et a tali multiplicatione genus non potest multiplicari.

---

<sup>1</sup> *Locum frustra quaesivi.*

<sup>2</sup> *Citatio spuria, ut videtur.*

<sup>3</sup> Anon., *Liber sex principiorum* 1: “Forma vero est compositioni contingens, simplici et invariabili essentia consistens.”

**N VI.IV.6** Item, nota quod quadruplex est praedicatio. Prima secundum se, ut ‘homo est albus’. Alio modo secundum accidentis, ut ‘album est homo’. Tertio modo per se, quando superius praedicatur de inferiori, ut ‘homo est animal’. Quarto modo per accidentis, quando inferioris praedicatur de superiori, ut ‘animal est homo’.

**N VI.IV.7** < Cf. R N VI.IV. 4, V N VI.IV.6> Item, nota quod duae sunt condiciones requisitae ad hoc quod sit totum in quantitate completum, sc. confusio et mobilitas. Una autem est condicio requisita ad totum in quantitate [in quantitate] incompletum, sc. confusio.

## LECTIO VI.v

<VI.12, 86.10> CAUSA AUTEM PROPTER QUAM etc.

**Sg VI.v** Superius Auctor destruxit ultimam divisionem suppositionum per quattuor rationes. In hac parte destru[x]it rationem illorum qui istam divisionem sustinebant. Unde illa pars dividitur in duas partes: in prima reprobat rationem illorum qui ponebant illam divisionem, in secunda destruit aliam divisionem ibi <87.15> Et per hoc destruimus. Adhuc prima dividitur in quattuor: in prima reprobat rationem illorum qui istam divisionem ponebant, in secunda solvit ipsam destruendo, in tertia dat causam cuiusdam dicti, in quarta applicat suam solutionem ad propositum. Secunda ibi <86.15> Dicimus enim quod in hoc argumento, tertia ibi <86.22> Unde dico quod homo constituitur,<sup>1</sup> <quarta ibi> <87.3> Similiter est in proposito. Tunc sequitur illa <87.15> Et per hoc destruimus, et dividitur in duas: in prima destruit quandam divisionem, in secunda quoddam dictum verificat.<sup>2</sup> Secunda ibi <87.26> In via autem naturae. Et haec est sententia lectionis in generali.

**Ss VI.v** In speciali sic procedit et reprobat rationem illorum qui ponebant divisionem quam differenter sustinebant ipsi. Cum<sup>3</sup> sic dicitur ‘omnis homo est animal’ ‘animal’ confunditur et stat ibi pro multis. Modo dicunt<sup>4</sup> quod cum unicuique respondeat sua animalitas, sed si dico ‘omnis homo est animal’ ‘homo’ stat pro multis, ergo ‘animal’ stabit pro

<sup>1</sup> constituitur] *potius con(str)uitur* T.

<sup>2</sup> verificat] *verificit* T.

<sup>3</sup> cum] *cuius* T.

<sup>4</sup> dicunt] *dicit* T.

multis et confundetur,<sup>1</sup> cum sit impossibile esse hominem quin sit animal; quare ‘animal’ confunditur; sed confundi nihil aliud est quam stare pro multis, quare ‘animal’ in praedicato stabit pro multis. Haec fuit ratio ipsorum, et haec est sententia huius partis.

Postea sequitur alia in qua solvit rationem iam dictam destruendo ipsam. Ipsi dicebant quod cum dico ‘omnis homo est animal’, ‘homo’ stat pro multis, et <si> ‘homo’ stat pro multis in subiecto <et> ‘animal’ stat pro multis in praedicato. Modo dicit Auctor quod in argumento ipsorum nulla est apparentia, sc. bonitas. Omnis ratio est <apparentia> bonitatis vel veritatis, hic<sup>2</sup> nulla est, quia, dicit ipse, <cum> dicitur ‘omnis homo est albus’ vel ‘niger’, animal multiplicatur<sup>3</sup> in subiecto, cum impossibile sit hominem esse quin sit animal. Quare si homo multiplicatur, et animal quod intelligitur in ipso. Et supponit istam regulam per quam arguit “manente eadem causa manet idem effectus”. Sed cum dicitur ‘omnis homo est albus’ hic est eadem causa, quare animal multiplicatur in praedicato, ut ipsi dicebant quod ratione hominis multiplicati in subiecto multiplicatur in praedicato. Tamen fatuum est dicere quod animal multiplicetur in praedicato, cum ibi non praedicatur cum dicitur ‘omnis homo est albus’. Et haec est sententia huius partis.

Sequitur alia in qua dat causam cuiusdam dicti. Quia in illa parte dictum est statim quod sic dicendo ‘omnis homo est albus’ animal multiplicatur in subiecto, dicit quod homo constituitur logice loquendo ex animali et rationali; certe ad multitudinem hominum<sup>4</sup> sequitur multitudo animalium. Et intendit per hanc regulam arguere quam<sup>5</sup> supponit “ad multitudinem compositorum<sup>6</sup> sequitur multitudo componentium”; sed in eo quod homo constituitur logice loquendo ex animali et rationali, ergo ad multitudinem hominis sequitur multitudo animalis, quare animal multiplicatur in subiecto ut cum dico ‘omnis homo est albus’. Et haec est sententia huius partis.

Sequitur alia in qua applicat suam solutionem ad propositum, et dicit <87.3> “Similiter est in proposito”, sc. sic est hic ‘omnis homo est albus’, quare cum sic dico ‘omnis homo est animal’, ‘homo’ subicitur, in quo

<sup>1</sup> confundetur] confunditur T.

<sup>2</sup> hic] haec T.

<sup>3</sup> multiplicatur] applicatur T.

<sup>4</sup> hominum] hominis T.

<sup>5</sup> quam] quod T.

<sup>6</sup> compositorum] compositarum T.

intelligitur multitudo animalitatum, quare in homine multiplicatur animal, sicut et homo multiplicatur in albo, et animal in praedicato non confunditur nec stat pro multis, sed stat pro natura generis in communi non multiplicata. Et hoc probat per locum a convertibili sic: Idem est dicere ‘omnis homo est animal’ et ‘omne animal rationale mortale est animal’, sed hic ‘omne animal rationale mortale est animal’ animal multiplicatur in subiecto; ergo et *<in>* illa multiplicatur in subiecto ‘omnis homo est animal’, quare<sup>1</sup> animal multiplicatur in subiecto. Eodem modo intelligendum est de hoc verbo ‘est’ quod multiplicatur in subiecto cum quilibet homo habeat suum esse; quare si homo multiplicatur, ergo hoc verbum ‘est.’.

**D VI.v.1** Modo posset aliquis movere hanc quaestionem: Tu dicas quod sic dicendo ‘omnis homo est animal’ animal multiplicatur in subiecto. Modo quaero utrum animalitas quae multiplicatur in subiecto sit eadem cum illa quae ponitur in praedicato vel diversa. Si diversa, ergo *<non>* praedicatur idem de se sed<sup>2</sup> aliud de alio sic dicendo ‘omnis homo est animal’; quare est falsa. Si dicas quod sit eadem, sed quando aliqua sunt eadem, ad multitudinem unius sequitur multitudo alterius, quare cum animalitas multiplicatur in subiecto, ergo multiplicatur in praedicato.

Solutio. Quod sit eadem patet, sed diversimode considerando, et animalitas quae praedicatur non multiplicatur quia<sup>3</sup> animalitas in subiecto multiplicatur. Et ob hoc pono duo exempla: haec est tota vis lectionis. /T 47rA/ Primum quod albedo potest dupliciter considerari: aut prout est quaedam forma in se considerata et simplex, et sic non multiplicatur albedo in subiecto ad multiplicationem subiecti; similiter hic cum dico ‘omnis homo est animal’, animalitas quae in subiecto multiplicatur ad multiplicationem subiecti et animalitas quae est in praedicato non multiplicatur, et sunt eadem. Aliud exemplum est: punctus qui est in medio circumferentiae potest dupliciter considerari: aut prout in se consideratur, et sic est simplex et indivisibilis et non multiplicatur; aut prout est terminus diversarum linearum quae exeunt a puncto ad circumferentiam, et sic punctus multiplicatur in ratione diversorum terminorum secundum quod est terminus diversarum

<sup>1</sup> quare] quia T.

<sup>2</sup> sed] vel T.

<sup>3</sup> quia] quare T.

linearum. Similiter est in proposito dicendo sic ‘omnis homo est animal’. Et haec est sententia huius partis.

**Ss** Sequitur alia in qua destruit quandam divisionem. Dictum est superius quod cum sic dicitur ‘homo est animal’, ‘animal’ habet confusam suppositionem necessitate rei. Hic intendit destruere quod nulla sit necessitate rei sed omnis necessitate signi, et hoc per locum a convertibili, et hoc sic: Idem est dicere ‘omnis homo est animal’ et ‘omne animal rationale mortale est animal’; sed<sup>1</sup> sic dicendo ‘omne animal rationale mortale est animal’ <animal> hic intellectum confunditur necessitate signi vel modi; ergo et hic ‘omnis homo est animal’ confunditur necessitate signi vel modi. Et similiter intelligendum est de hoc verbo ‘est’. Et haec est sententia huius partis.

Sequitur alia in qua verificat quoddam dictum. Quod dictum est quod animal multiplicatur in l*<i>* ‘homo’, hic intendit verificare, et intendit ibi de forma naturali et intendit dicere quod duplex est forma: naturalis <et> logicalis; naturalis ut anima, et de tali intelligit quod multiplicatur in subiecto, ut anima mea est alia ab anima tua; sed forma lo<gi>calis est forma communis, et illa non multiplicatur sed stat in communi pro quolibet individuo. Et haec est sententia huius partis et lectionis totius.

<VI.12, 86.10> CAUSA AUTEM PROPTER QUAM etc.

**N VI.v.1** Nota quod in quolibet termino communi est duplex comparatio: una quando comparatur ad superiora, et sic est universale et semper praedicatur; alio modo comparatur ad inferiora, et sic commune, quia omnis<sup>2</sup> communitas a singularitate procedit, et sic semper subicitur, quia singularia semper subiciuntur.

**N VI.v.2** Item quod differentia est inter formam logicae et naturae, quia forma naturae corporis est anima, forma logicae est quaedam forma communis abstracta a pluribus singularibus per intellectum, et est eadem manens in omnibus suis suppositis.

**Q VI.v.1** Quaestio est utrum praedicatum multiplicatur multiplicato subiecto.

<sup>1</sup> sed] si T.

<sup>2</sup> Cf. Anon., *Liber sex principiorum* 9: “communitas omnis naturalis est quoniam a singularitate procedit”.

1. <Quod> sic probatio.

1.1 Dicit Aristoteles in libro Topicorum<sup>1</sup> quod accidens et cui accidit sunt idem. Et vocat accidens ipsum praedicatum, et cui accidit vocat Aristoteles subiectum; ergo vult quod subiectum et praedicatum sunt idem.

1.2 Item, scribitur super nonum Metaphysicae<sup>2</sup> quod ens et esse sunt idem; sed subiectum est ens et praedicatum est esse; ergo subiectum et praedicatum sunt idem.

Ex hoc arguo: Quaecumque aliqua duo sunt eadem, ad confusionem unius sequitur confusio alterius; sed subiectum et praedicatum sunt idem; ergo ad multiplicationem subiecti sequitur multiplicatio praedicati. Quare videtur quod Auctor nihil dicat.

3. Solutio.

*Ad 1.1* Dico quod duplex est praedicatum, sc. substantiale et accidentale. Accidentale est idem cum subiecto secundum esse ut ‘homo est albus’. Praedicatum essentiale est idem cum subiecto per essentiam. Sed duplex est essentia, sc. completa et incompleta; completa quando definitio praedicatur de definito vel econverso, quia definitio et definitum sunt idem per essentiam, ut ‘homo est animal rationale mortale’. Alia est essentia ut quando pars definitionis aliqua praedicatur de definito, ut de homine ‘animal rationale’ ut ‘homo est animal’ vel ‘homo est rationale’. Et sic patet quod aliquando subiectum et praedicatum sunt idem secundum esse, aliquando secundum essentiam completam, aliquando secundum essentiam incompletam.

*Ad 1.2* Ad argumentum patet solutio, quia praedicatum<sup>3</sup> potest considerari dupliciter: aut secundum id quod est, et hoc modo multiplicatur multiplicato subiecto quia intelligitur in subiecto; aut potest considerari in quantum principium, et secundum quod est in ratione praedicati, et hoc modo nec confunditur nec multiplicatur, sicut patet quod albedo potest dupliciter considerari: aut secundum se, aut secundum quod est forma, et sic est indivisibilis secundum quod dicit Auctor Sex principiorum<sup>4</sup> “forma est simplici et invariabili essentia consistens”; aut potest

<sup>1</sup> Arist., *Top.* IV.5.126a14-15.

<sup>2</sup> *Locum non inveni.*

<sup>3</sup> praedicatum] subiectum T.

<sup>4</sup> Anon., *Liber sex principiorum* 1.

considerari secundum quod est in subiecto, et <<sic<sup>1</sup> ad divisionem>> materiae sive subiecti sequitur divisio albedinis, et sic eodem modo de praedicato, ut dictum est.

Et Auctor dicit in Littera <87.3> cum dicitur ‘omnis homo est animal’ animal intellectum in homine multiplicatur et animal in praedicato positum non multiplicatur, et ita non confundit<ur>.

**D VI.v.2** Sed ad evidentiam huius litterae quaestio est utrum animal quod intelligitur <in homine>, cum impossibile sit hominem esse sine animali, et animal quod ponitur in praedicato sit idem vel diversum.

Solutio. Dico quod sunt idem, sed diversimode se habent. Nam sicut forma considerata praeter materiam sed in se, et prout impressa materiae est eadem forma, sed aliter et aliter considerata, quia prout est forma praeter materiam indivisibilis est, sed prout est in materia informata bene potest forma multiplicari. Ita dico in proposito, /T 47rB/ quia cum dico sic ‘homo est animal’, animal intelligitur in homine et animal praedicatur; sed prout est loco formae praeter materiam, tunc est indivisible sicut forma. et tunc animal non confunditur mobiliter; sed prout in subiecto intelligitur est loco formae in materiae, et tunc animal potest multiplicari multiplicata materia in subiecto.

Et circa hoc possumus notare quod duplex est forma. Una quae est altera pars compositi, ut anima; alia quae est consequens totum compositum.

Sed si obiciatur quod multiplicata materia debet forma multiplicari et divisa materia oportet dividi forma, ergo multiplicato homine multiplicatur animal –

Solutio. Dicendum quod verum est quod multiplicata forma substantiali in illa materia quae resultat ex compositione formae cum materia, ut humanitas. Et haec potest dupliciter considerari: uno modo prout est in isto singulari et in illo, alio modo prout abstracta per intellectum a quolibet singulari, et tunc est forma communis. Primis duobus modis considerata <est> in rebus naturae, et sic humanitas potest multiplicari; tertio modo prout est abstracta ab hoc singulari et ab illo [et]

---

<sup>1</sup> sic ad divisionem *meo marte scripti*] 1 vel 3 verba illegibilia T.

est in rebus rationis, et tunc non potest multiplicari. Et propter hoc dicit Auctor in Littera <87.23> “naturaliter loquendo” et non logice.

**N VI.v.3** <*Cf. R N VI.v.1.1, V N VI.v.1*> Primo nota quod triplex est compositio: naturalis, artificialis et logicalis. Compositio naturalis est quae fit ex vera materia et ex vera forma, ut homo naturaliter loquendo componitur ex corpore et anima, ex corpore tamquam ex materia, et ex anima tamquam ex forma. Compositio artificialis est quae fit ex vera materia et ex forma ficta, ut imago quae fit ex lapide et ex ligno et ex ficta forma, quae non est vera. Compositio logicalis est quae fit neque ex vera materia neque ex vera forma, sed ex aliquo materiae et ex aliquo formae, ut homo logice loquendo componitur ex animali et rationali.

**N VI.v.4** <*Cf. R N VI.v.1.1<sup>bis</sup>*> Secundo nota differentiam inter compositionem et constitutionem. Compositio habet esse in rebus naturalibus, sed constitutio habet esse in rebus logicalibus.

**N VI.v.5** <*Cf. R N VI.v.2*> Tertio nota quod duplex est forma: naturalis et logicalis. Forma naturalis est perfectio rei, ut anima; forma logicalis forma communis praedicabilis de pluribus, ut animal.

**N VI.v.6** Quarto nota quod idem est animal quod est in subiecto et animal quod est in praedicato secundum essentiam, sed non secundum rationem; quia animal quod est in subiecto stat pro natura generis communis praedicati de pluribus, et animal in praedicato est contractum ad hominem et dividitur secundum divisionem hominis.

## Tractatus VI. De suppositionibus secundum codicem V<sup>1</sup>

### LECTIO VI.I

V 44vA <VI.1, 79.3> EORUM QUAE DICUNTUR

**S VI.I** Superius determinavit<sup>2</sup> Magister de terminis et de propositionibus. In parte ista determinat de proprietate terminorum, scilicet de suppositionibus. Et dividitur haec pars in duas. In prima praemittit quaedam necessaria ad cognitionem suppositionum. In secunda determinat de suppositionibus, ibi <VI.3, 80.8> Suppositio est. Prima in tres. In prima praemittit unam divisionem. In secunda definit ibi Suppositio est. In tertia dividit significationem, ibi <VI.2, 79.17> Significationis alia. Ista vero quae incipit ibi Suppositio, dividitur in duas. In prima definit suppositionem. In secunda dividit, <ibi> Suppositionum alia communis. Prima in tres. In prima definit suppositionem. In secunda dat differentiam inter[tia]<sup>3</sup> suppositionem et significationem, ibi <VI.3, 80.9> Differunt autem. In tertia definit copulationem ibi <VI.3, 80.17> Copulatio<sup>4</sup> est.

Et sic patet divisio lectionis.

**N VI.I.1\*** Suppositio est acceptio, i.e. acceptabilitas<sup>5</sup> ab intellectu termini adiectivi et substantivi maxime et praecipue pro aliquo, i.e. pro significato. Similiter copulatio est acceptio, i.e. acceptabilitas<sup>6</sup> ab intellectu termini adiectivi ad differentiam substantivi termini pro aliquo, i.e. pro significato.

**N VI.I.2\*** <cf. R VI.I.I, T VI.I.I> Nota quod significatio dicitur tribus modis. Vel pro modo significandi. Sic accipit grammaticus. Alio modo pro significato quocumque sit, sive res sive modus; et sic signa significant. Tertio modo pro re subicibili et praedicabili, secundum quod res opponitur ad modum et ad dispositionem. Unde expone sic: significatio est repraesentatio rei subicibilis et praedicabilis mediante /V

<sup>1</sup> The text was first edited by De Rijk 1969: 51-61.

<sup>2</sup> determinavit] d't' (= deter) V; determinat ed. De Rijk.

<sup>3</sup> inter[tia] De Rijk] in tertia V.

<sup>4</sup> copulatio est] copulatio<sup>iii</sup> V.

<sup>5</sup> acceptabilitas] recep()lis V; receptabilitas De Rijk.

<sup>6</sup> acceptabilitas De Rijk] acceptibilitas V.

44vB/ similitudine ab anima appensa, sive illa res sit ens completum sive incompletum.

**N VI.I.1** *< Cf. R&T N VI.I.1>* Circa istam lectionem notandum quod significatio dicitur multis modis. Uno modo idem est quod modus significandi. Et sic accipitur a grammatico. Alio modo idem est quod res significata. Tertio modo idem est quod repraesentatio rei per vocem; et haec dupliciter: aut est repraesentatio rei verae, aut modi rerum; primo modo accipitur hic; secundo modo non.

**N VI.I.2** *< Cf. R&T N VI.I.2>* Secundo [modo]<sup>1</sup> notandum quod ‘suppositio’ multis modis dicitur. Uno modo idem est quod dignitas. Sic est propositio ali<sup><qu>a</sup><sup>2</sup> famosa in aliqua scientia. Alio modo idem quod sub alio [pro]posit<sup><i>o</sup>,<sup>3</sup> sicut subiectum ponitur sub praedicato. Alio modo idem est quod pro alio posit<sup><i>o</sup>,<sup>4</sup> et hoc modo sumitur hic.

**N VI.I.3** *< Cf. R&T N VI.I.3>* Tertio notandum est quod terminus potest poni pro alio sex modis. Aut quando stat pro voce, ut ‘homo auditur’. Aut quando pro significato, ut cum dicitur: ‘homo est dig<sup><n></sup>issima creatura creaturarum’. Aut quando stat pro voce et significatione, ut ‘homo est natura’. Aliquando stat pro proprietate vocis, ut ‘homo est dissyllabum’ Aliquando stat pro proprietate significandi sive pro intentione, ut ‘homo est species’. Aliquando stat pro supposito significandi, ut ‘homo currit’.

**Q VI.I.1** Quaeritur utrum significatio sit aliquid.

1. Et videtur quod non.

1.1 Nam si esset aliquid, posset per vocem repraesentari; sed non potest per vocem repraesentari; ergo non est aliquid. Probatio minoris: unum oppositorum non potest repraesentari per reliquum; sed nomina sunt [in]finita,<sup>5</sup> ut habetur in Elenchis,<sup>6</sup> res vero infinitae; finitum et infinitum sunt opposita; ergo unum non potest per reliquum repraesentari, etc.

<sup>1</sup> modo] *seclusit De Rijk*.

<sup>2</sup> aliqua *De Rijk*] alia V.

<sup>3</sup> positio *De Rijk*] propositio V.

<sup>4</sup> positio *De Rijk*] posito V.

<sup>5</sup> finita *De Rijk*] infinita V.

<sup>6</sup> Arist., *SE* 1.165a10-12

1.2 Item ad idem. Quod est extra animam<sup>1</sup> non unitur cum<sup>2</sup> eo quod est in anima; sed vox est extra animam et species rei est in anima; ergo vox unitur numquam speciei; ergo videtur quod significatio non sit.

1.3 Item ad idem. Signum et significatum debent habere rem eiusdem naturae in hoc quod signum est permanens et significatum; /V 45rA/ sed vox est [est] res transitoria et non permanens; ergo vox non poterit aliquid<sup>3</sup> significare.

3. Solutio. Dicendum quod significatio est.

*Ad 1.1* Ad primum argumentum dicendum: cum dicit Aristoteles: “nomina sunt finita, res vero infinitae”, non dicit quod nomina sunt finita simpliciter, sed respectu rerum, et res sunt infinitae respectu nominum, hoc est res sunt multo plures quam voces vel nomina. Et propter hoc dicit quod oportet nomina esse aequivoca, ut per unum nomen plures res repraesententur. Et si dicas quod non <est> verum quod nomina sunt finita, res vero infinitae respectu nominum, quia eadem res representatur per plura nomina synonyma, – dicendum quod eadem res non repraesenta[n]tur<sup>4</sup> per plura nomina, sed diversae proprietates eiusdem rei. Ut patet quod ‘lapis’ significat proprietatem laedentis pedem et ‘petra’ prout pede teritur.

*Ad 1.2* Ad secundum similiter dicendum quod, licet vox extra animam non possit uniri rei vel speciei, quia est in anima realiter, potest tamen uniri intentionaliter, ita quod sit unio intentionalis et non realis.

*Ad 1.3* Ad tertium dicendum quod, licet vox eadem secundum naturam sit transitoria, tamen eadem in specie remanet intransitoria. Et hoc est quod dicit.

---

<sup>1</sup> animam *De Rijk*] fere ammiam V.

<sup>2</sup> cum eo] iter. V.

<sup>3</sup> aliquid *De Rijk*] aliud V.

<sup>4</sup> repraesentatur *De Rijk*] repraesentantur V.

## LECTIO VI.II

<VI.4, 80.19> SUPPOSITIONUM ALIA COMMUNIS etc.

**S VI.II** Superius Auctor posuit definitionem<sup>1</sup> suppositionis, ibi ponit divisionem eius. Et haec pars dividitur in sex secundum sex divisiones quas ponit. In prima ponit prima, in secunda secundam, et sic de aliis. Secunda ibi <81.1> Suppositionum communium, tertia ibi <VI.5, 81.11> Suppositionum accidentalium, quarta ibi <VI.6, 81.19> Suppositionum simplicium, quinta ibi <VI.8, 82.13> Suppositionum personalium, sexta ibi <83.4> Item. Suppositionum confusarum. Primae quatuor sunt de praesenti lectione. Et sic patet divisio lectionis.

**N VI.II.1** Notandum primo quod terminus extra orationem positus habet naturalem suppositionem.<sup>2</sup> et tunc supponit pro omnibus qui sunt et qui fuerunt et qui erunt, ut ‘homo’ per se sumptus. Terminus vero in oratione positus habet accidentalem suppositionem, /V 45rB/ et tunc supponit pro praesentibus, ut ‘homo currit’, aut pro futuris, ut ‘homo erit’, aut pro praeteritis, ut ‘homo fuit’ .

**N VI.II.2** Item. ‘Accidentale’ dicitur tripliciter. Uno modo idem est quod “<quod> potest adesse vel abesse”, ut albedo homini. Alio modo est proprium, ut risibile, <quod est proprium> homini, est<sup>3</sup> accidentale Socrati, quia primo inest homini. Alio modo quod est per aliud. Et hoc modo sumitur hic ‘suppositio accidentalis’ .

**N VI.II.3** Item. In quolibet termino communi est forma duplex. Una quae convenit sibi ut humanitas convenit singularibus, et haec<sup>4</sup> facit suppositionem simplicem. Unde suppositio simplex fit quinque modis: aut quando terminus supponit pro re significata ut pro <significato,<sup>5</sup> ut ‘homo est dignissima> creaturarum creatura’; aut pro voce, ut ‘homo auditur’; aut <pro><sup>6</sup> proprietate vocis, ut ‘homo est dissyllabum’; aut <pro> proprietate significati, ut ‘homo est species’.

**N VI.II.4** Notandum quod quando aliquid praedicatur de aliquo subiecto non in comparatione ad aliqua supposita, tunc subiectum habet

<sup>1</sup> definitionem *De Rijk*] divisionem V.

<sup>2</sup> naturalem suppositionem] naturale suppositum V & ed. *De Rijk*.

<sup>3</sup> est V] et ed. *De Rijk*.

<sup>4</sup> haec] hoc ed. *De Rijk*.

<sup>5</sup> significato – dignissima] add. *De Rijk*.

<sup>6</sup> pro add. *De Rijk* hic et parum infra.

suppositionem simplicem. Ut ‘omnis homo est animal’. Et quando ponitur post dictionem <exclusivam><sup>1</sup>, ut ‘tantum homo currit’. Aut post istam dictionem ‘aliud’, ut ‘lapis est aliud ab homine’.

**N VI.II.5** Item. Nota quod terminus in praedica[m]en]to<sup>2</sup> positus aut est adiectivus, ut ‘homo est albus’, et sic habet personalem suppositionem; aut substantivus, et hoc dupliciter:<sup>3</sup> aut est primae impositionis, aut secundae. Si primae, sic habet personalem suppositionem, ut ‘homo est animal’. Si secundae, sic habet simplicem, ut ‘species’ ‘genus’ ut ‘homo est species’ ‘animal est genus’.

**Q VI.II.1 1.** Videtur quod suppositio accidentalis nulla sit.

*1.1* Quia nullum accidentale mutat vel transmutat essentiale; sed naturalis <suppositio> termini<sup>4</sup> est extra orationem, quia stat pro omnibus praesentibus, praeteritis et futuris; ergo ingressus orationis non variabit suam naturalem suppositionem; ergo non fit<sup>5</sup> suppositio naturalis vel accidentalis.

*1.2* Item, omnis suppositio est substantialis positio; sed terminus extra orationem non supponit pro aliquo; ergo naturalis suppositio non est.

**3. Solutio.**

*Ad 1.1* Ad primum dico quod duplex est accidentale, sc. naturae et rationis. Dico /V 45vA/ ergo quod accidentale <naturae><sup>6</sup> non variat essentiale, ut albedo hominis non variat hominem;<sup>7</sup> sed aliud <est> accidentale rationis, ut ingressus termini communis in orationem, et tale [non]<sup>8</sup> variat essentiale rationis in suppositionem naturale<m>.

*Ad 1.2* Ad aliud dico quod terminus communis potest supponere alicui dupliciter. Aut alicui praedicato; et sic non est suppositio naturalis. Aut potest supponere pro significato suo. Et haec suppositio naturalis est

<sup>1</sup> exclusivam] add. *De Rijk*.

<sup>2</sup> praedicato *De Rijk*] praedicamento V.

<sup>3</sup> dupliciter] duplex V.

<sup>4</sup> termini] terminus V, *ut videtur*.

<sup>5</sup> fit] sit V.

<sup>6</sup> naturae] add. *De Rijk*.

<sup>7</sup> hominem] homini V.

<sup>8</sup> non] seclusit *De Rijk*.

aliquid, quia ille terminus ‘homo’ supponit pro suo significato ad quod imponitur ad significandum. Et sic patet solutio.

*Ad?* Ad aliud argumentum secundum quod vult frater Rogerius †dato†<sup>1</sup> per demonstrationem per quam ipse dicebat suppositionem naturalem non esse, idem est deceptus, quia suppositio non est tantum sub aliquo positio, immo pro alio positio. Et sic sumitur hic, etc.

### LECTIO VI.III

<VI.8, 82.13> ITEM. PERSONALIUM SUPPOSITIONUM

**S VI.III** Superius posuit Auctor divisiones suppositionis. Hic ponit alias. Et haec pars dividitur in duas. In prima ponit primam, in secunda secundam, ibi: <83.4> Confusarum suppositionum. Prima dividitur in tres. In prima ponit unam divisionem et explanat primum membrum. In secunda probat primum, deinde secundum.<sup>2</sup> In tertia explanat secundum membrum. Secunda ibi: <82.23> Quod autem utraque istarum; tertia ibi: <VI.9, 82.29> Confusa suppositio. Tunc sequitur illa pars in qua ponit secundam divisionem. Et dividitur in duas. In prima ponit divisionem. In secunda reflectit se supra illam ut destruat eam quoad alteram eius partem. Secunda ibi: <VI.11, 84.13> Sed ego credo.

Prima cum praecedentibus est praesentis lectionis. Et dividitur in quattuor. In prima probat suam divisionem,<sup>3</sup> in secunda determinat eam quoad propriam opinionem,<sup>4</sup> in tertia quoad opinionem aliquorum, in quarta removet dubium, vel dicas: respondet tacitae quaestioni. Secunda ibi <83.5> ut cum dicitur ‘omnis homo est animal’, tertia ibi <83.7> Cum unus/V 45vB/quisque homo, quarta ibi >VI.10, 83.24> Sed ne videatur oppositum.

Haec divisio lectionis.

**N VI.III.1** Notandum primo<sup>5</sup> quod signum universale affirmativum confundit terminum<sup>6</sup> sibi immediate adiunctum mobiliter et distributive.

<sup>1</sup> dato] Bacon *coniecit De Rijk*.

<sup>2</sup> secundum *De Rijk*] suum V.

<sup>3</sup> divisionem *De Rijk*] disionem V.

<sup>4</sup> opinionem] oppositionem V.

<sup>5</sup> primo V] primum ed. *De Rijk*.

<sup>6</sup> terminum *De Rijk*] tertium V.

Exemplum de utroque ut ‘omnis homo est animal; ergo Socrates et Plato’. Sed si habeat ‘animal’ confusam suppositionem immobiliter, ut ‘omnis homo est animal’, non sequitur ‘ergo homo est animal’.

**N VI.III.2** Item. Signum universale negativum confundit terminum inmediate sibi adiunctum vel mediate, mobiliter et distributive, ut ‘nullus homo est asinus, ergo Socrates non est asinus nec Plato’; et similiter sub praedicato; ‘ergo omnis homo non est Brunellus’.

**N VI.III.3** <*Cf. T VI.III.3*> Item. Notandum quod differentia est inter suppositionem et reddere locutionem veram, quia suppositio dicitur per comparationem ad praedicatum quod potest reddere locutionem <veram> pro aliquo.

**N VI.III.4** Item. Notandum quod haec negatio ‘non’ distribuit<sup>1</sup> terminum sequentem confuse et mobiliter.

**Q VI.III.1** Item, videtur quod ‘homo’ non supponat pro omni homine tam currente quam non currente.

*1.1* Quia dicit Boethius<sup>2</sup> quod talia <sunt><sup>3</sup> subiecta qualia sibi<sup>4</sup> permiserint praedicata; sed hoc praedicatum ‘currit’ solum facit stare subiectum pro currentibus; ergo solum stat pro currentibus.

*1.2* Item. Si supponunt pro omni homine, idem esset dictum ‘homo currit’ et ‘omnis homo currit’; sed hoc est falsum, quia una est universalis et alia<sup>5</sup> indefinita sive particularis; ergo videtur quod non supponat pro omnibus hominibus.

*1.3* Item. Materia semper sequitur condiciones<sup>6</sup> formae; sed subiectum est loco materiae, praedicatum loco formae; ergo subiectum sequitur condiciones<sup>7</sup> praedicati. Sed praedicatum solum stat pro currentibus et non pro<sup>8</sup> <non> currentibus. Sed stare pro omnibus est duobus modis: aut actu aut potentia. Unde dico quod quando dico ‘homo currit’, et hic stat ‘homo’ pro omnibus, non tamen /V 46rA/ actu sed potentia. Sed cum

<sup>1</sup> distribuit V] distribuat ed. *De Rijk*.

<sup>2</sup> Boethius, *Trin.* 4, *PL* 64: 1252A.

<sup>3</sup> sunt] add. *De Rijk*.

<sup>4</sup> sibi permiserint] sunt praemissa V & ed. *De Rijk*.

<sup>5</sup> alia indefinita] iter. V.

<sup>6</sup> condiciones] contradictiones V & ed. *De Rijk*.

<sup>7</sup> condiciones] contradictiones V & ed. *De Rijk*.

<sup>8</sup> pro] currit V.

dicitur ‘omnis homo’ pro omnibus cur<rentibus><sup>1</sup>, tunc stat pro omnibus in actu, secundum quod dicitur quod ad hoc [quod] sunt signa inventa ut ea quae sunt in potentia reducantur ad actum. Et sic patet solutio.

*Ad 1.1* Ad primum<sup>2</sup> dico quod quando dicitur<sup>3</sup> quod talia sunt subiecta qualia permiserint<sup>4</sup> praedicata, dico quod illud [quod]<sup>5</sup> intelligitur ad veritatem orationis, quia ad hoc quod haec<sup>6</sup> sit oportet quod homo primo sit in potentia, secundo in actu.

*Ad 1.3* Ad aliud dico quod subiectum sequitur condiciones<sup>7</sup> praedicati in quantum praedicatur et non in aliis. Talis est regula,<sup>8</sup> quia vocabula dubitatoria<sup>9</sup> aliquid non habent<sup>10</sup> confundere terminum sibi additum mobiliter, ut si dicerem: ‘tu dubitas aliquid; ergo tu dubitas hoc’, non valet quia ibi esset fallacia figure dictionis.

**N VI.III.5** Tertio notandum quod differentia est inter in<de>finite<sup>11</sup> sumptum, ut ‘homo’ sumitur indefinite, et inter<sup>12</sup> terminum positum in propositione universalis affirmativa, hoc est dictum: differentia est inter suppositionem determinatam et confusam. Nam iste terminus ‘homo’ indefinite su<m>ptus supponit pro omnibus hominibus praesentibus, praeteritis et futuris. Cum autem ponitur in propositione universalis affirmativa, ut cum dicitur: ‘omnis homo currit’, modo supponit pro istis qui sunt modo in actu, <sc.> pro praesentibus tantum.

**N VI.III.6** <cf. T VI.III.7> Quarto notandum quod terminus in<de>finite su<m>ptus potest dupliciter considerari: aut in comparatio<ne><sup>13</sup> ad sua supposita, et sic dico quod supponit pro omnibus qui sunt vel qui fuerunt

<sup>1</sup> cur<rentibus>] correxit *De Rijk*.

<sup>2</sup> primum] secundum V.

<sup>3</sup> dicitur] dico V.

<sup>4</sup> permiserint] praemissa sunt V & ed. *De Rijk*.

<sup>5</sup> quod] seclusit *De Rijk*.

<sup>6</sup> haec sit] fortasse aut haec sit <vera> aut homo sit scribendum.

<sup>7</sup> condiciones] contradictiones V & ed. *De Rijk*.

<sup>8</sup> regula] relativa ed. *De Rijk*; compendium ad hoc et illud ambiguum V.

<sup>9</sup> dubitatoria aliquid] si sanum est, dubitatoria vim participii habet cuius obiectum est aliquid.

<sup>10</sup> habent Marmo] l3 (i.e. licet) V.

<sup>11</sup> indefinite De Rijk] infinite V; item in notabili 6.

<sup>12</sup> inter] delendum censuit Marmo, sed tolerandum mihi visum est.

<sup>13</sup> comparatio<ne>] correxit *De Rijk*.

vel erunt; aut potest considerari<sup>1</sup> <in compa>ratione ad suum praedicatum; et sic dico quod supponit pro eis pro quibus exigit praedicatum. Ut si<sup>2</sup> dicam ‘homo currit’, ‘homo’ supponit pro praesentibus tantum.

**N VI.III.7** Unde nota quod signum additur termino sic<sup>3</sup> ut quae sunt in potentia reducantur ad actum. Sed nota quod duplex est actus: est enim quidam essendi /V 46rB/ et quidam supponendi. Actus essendi est quando aliquid est actu, actus supponendi [[actus subiciendi]] est quando aliquid supponit actu. Et tamen signa non reducunt[ur]<sup>4</sup> ea quae sunt in potentia ad actum essendi, quia sic reducerentur<sup>5</sup> praeterita et futura, quod est impossibile, et sic propositio es<se>t falsa: ‘omnis homo currit’. Sed signa reducunt ad actum supponendi.

**N VI.III.8** <*Cf. R&T N VI.II.1*> Notandum quod naturale dicitur duobus modis. Uno modo dicitur natura quaedam vis insita rebus ex <s>imilibus similia procreans, ut talis dicitur virtus generativa. Alio modo principium motus et quietis in se ipso, et hoc dupliciter: primo modo dicitur per materiam et formam et compositum; alio modo dicitur per se et non per aliud, et hoc modo sumitur hic.

**N VI.III.9** Notandum quod in termino sunt duo: significatum, ut in ‘currit’, cursus, et <con>significatum,<sup>6</sup> ut in ‘currit’ praesens tempus. Sciendum ergo quod verbum non facit stare terminum in subiecto eiusdem per naturam significati sed consignificati. Et haec<sup>7</sup> est causa quia verbum praedicatur et praedicatum ponitur loco formae et subiectum loco materiae, sed materia sequitur condiciones<sup>8</sup> formae.

**N VI.III.10** Notandum quod <terminum> stare pro [termino] omni est duobus modis. Aut in potentia, et sic ponitur terminus indefinite sumptus, ut cum dicitur ‘homo currit’, et sic dicit in littera. Aut actu, et sic stat terminus in propositione universalis; et secundum materiam †istam†<sup>9</sup>

<sup>1</sup> considerari <in compa>ratione *Marmo*] comparari ratione **V**.

<sup>2</sup> si] su **V**.

<sup>3</sup> sic] sibi **V**.

<sup>4</sup> reducunt *De Rijk*] reducuntur **V**.

<sup>5</sup> reducerentur] reducuntur **V** & ed. *De Rijk*.

<sup>6</sup> <con>significatum] correxit *De Rijk*.

<sup>7</sup> haec] hoc **V** & ed. *De Rijk*.

<sup>8</sup> condiciones **V**] contradictiones ed. *De Rijk*.

<sup>9</sup> istam **V**] istarum ed. *De Rijk*.

signum universale affirmativum reducit ad actum illa quae fuerunt in<sup>1</sup> potentia ad significandum sub termino communi.

**Q VI.III.2** <*Cf. R Q VI.III.1, T Q VI.III.3>* Quaeritur utrum terminus in praedicato positus possit confundi mobiliter; ut cum dico: ‘omnis homo est animal’, utrum ‘animal’ possit confundi mobiliter.

1. Et videtur quod sic.

2. Et Auctor dicit quod non.

1.1 Et facio tale argumentum: /V 46vA/ Ad multiplicationem materiae sequitur multiplicatio formae. Sed ‘homo’ est loco materiae et ‘animal’ loco formae, quia ‘homo’ est in subiecto, ‘animal’ vero in praedicato et [et]<sup>2</sup> ‘homo’ multiplicatur et confunditur; ergo et ‘animal’.

1.2 Ad idem. Natura<sup>3</sup> individui et singularis et natura generis et speciei sunt oppositae, quia individuum vel singulare praedicatur de uno solo, species vero et genus [et]<sup>4</sup> de pluribus. Sed praedicari de uno solo et de pluribus sunt opposita, et praedicari de pluribus nil aliud<sup>5</sup> est quam stare pro pluribus, <et<sup>6</sup> stare pro pluribus> nil aliud est quam confundi; ergo cum<sup>7</sup> dico ‘omnis homo est animal’, iste terminus ‘animal’<sup>8</sup> confunditur mobiliter.

1.3 Ad idem. Omne illud quod praedicatur, aut praedicatur ut aequale aut ut maius aut ut minus; sed cum dico: ‘omnis homo est animal’, iste terminus ‘animal’ non praedicatur ut aequale nec ut minus, sed<sup>9</sup> praedicatur ut maius; ergo stat pro pluribus quam ‘homo’. Sed nihil <aliud><sup>10</sup> est stare pro pluribus quam confundi; et iste terminus ‘homo’ confunditur; ergo multo fortius ‘animal’ debet confundi, cum stet pro pluribus quam ‘homo’.

<sup>1</sup> in potentia] imposta **V** & *ed. De Rijk*.

<sup>2</sup> et] *seclusit De Rijk*.

<sup>3</sup> natura – natura *De Rijk*] nota – non **V**.

<sup>4</sup> et] *seclusit De Rijk*.

<sup>5</sup> aliud – aliud *De Rijk*] ad – ad **V**.

<sup>6</sup> et stare pro pluribus] *add. De Rijk*.

<sup>7</sup> cum] dum **V**.

<sup>8</sup> animal *De Rijk*] vel **V**.

<sup>9</sup> sed *De Rijk*] ut **V**.

<sup>10</sup> aliud] *add. De Rijk*.

3. Solutio. Dico quod iste terminus ‘animal’ vel terminus in praedicato positus potest dupliciter considerari. Aut in quantum est loco formae, et forma in[s]variabilis est et simplex secundum quod habetur ab Auctore<sup>1</sup> Sex Principiorum;<sup>2</sup> et quia nullum simplex et<sup>3</sup> invariabile est<sup>4</sup> divisibile, et sic dico quod iste terminus ‘animal’ non confunditur, et sic non valet argumentum. Aut potest<sup>5</sup> considerari terminus in praedicato positus in comparatione ad subiectum in quo<sup>6</sup> est sicut forma in sua materia; et sic ad divisionem materiae sequitur divisio formae quae est in materia, sicut ad divisionem ligni sequitur divisio albedinis et nigredinis vel alterius coloris qui est in ligno; sic dico quod ‘animal’ potest confundi iuxta verbum Boethii dicentis.<sup>7</sup> “talia erunt praedicata qualia permiserint<sup>8</sup> subiecta”.

Et hoc est quod dicit Auctor.

#### LECTIO VI.IV

<VI.10, 83.24> ET NE VIDEATUR OPPOSITUM.

**S VI.IV** Superius posuit Auctor quasdam dubitationes de suppositionibus. Hic autem movet unam dubitationem. Et dividitur haec pars in duas. In prima posuit controversiam<sup>9</sup> quae est inter ipsum et alios magistros. In secunda ponit suam opinionem<sup>10</sup> propriam. Secunda ibi: <VI.11, 84.13> Sed ego credo impossibile esse. Haec in duas. In prima ponit unam opinionem. In secunda causam opinionis illorum; secunda ibi: <VI.12, 86.10> Causa[m] autem propter quam moventur.

Prima in quattuor. In prima ponit unam rationem, in secunda secunda<m>,<sup>11</sup> in tertia tertiam, in quarta quartam. Secunda ibi: <84.28> Item.

<sup>1</sup> Auctore Marmo] Aristotele V.

<sup>2</sup> Anon., *Liber sex principiorum* 1.

<sup>3</sup> et *De Rijk*] est V.

<sup>4</sup> est *De Rijk*] etiam V.

<sup>5</sup> potest *De Rijk*] patet V.

<sup>6</sup> quo *De Rijk*] quod V.

<sup>7</sup> Boethius, *Trin.* 4, *PL* 64: 1252A.

<sup>8</sup> permiserint] sunt V.

<sup>9</sup> controversiam *De Rijk*] conversam V.

<sup>10</sup> opinionem *De Rijk*] oppositionem V.

<sup>11</sup> secunda<m>] corredit *De Rijk*.

Hoc idem videtur. Tertia ibi: <85.11> Totum universale.<sup>1</sup> Quarta ibi: <85.22> Item.<sup>2</sup> Comparatio illa.

Et haec est sententia lectionis in generali.

**N VI.IV.1** Primo notandum est quare quia est tam generalis multiplicatio, non est genus, quia dicit Aristoteles in libro *De causis*<sup>3</sup> quod quanto aliquid est communius, tanto simplicius;<sup>4</sup> sed genus est quoddam commune; ergo est simplex; sed nullum simplex est divisibile sive multiplicabile; ergo genus non est multiplicabile, et sic non potest habere confusam suppositionem.

**N VI.IV.2** Secundo notandum quod duplex est multiplicatio. Quaedam est universalitas, et <haec><sup>5</sup> multiplicatio bene reperitur in genere. Alia est multiplicatio, confusio vel distributio in multa; et haec non est in genere, secundum quod dicit Porphyrius<sup>6</sup> quia singulare divisivum est unius in multa, sed universale est collectio multorum in unam naturam.

**N VI.IV.3** <*Cf. T N VI.IV.2*> Tertio notandum quod quaedam est praedicatio per se et quaedam per accidens et quaedam secundum se. Secundum se dicitur quando id quod aptum natum est praedicari praedicatur ut ‘cygnus alba’, <per> accidens quando id quod aptum natum est praedicari subicitur et econverso, ut ‘album est lignum’. Per se quando praedicatur universale vel superius ad /V 47rA/inferiora, ut ‘homo est animal’. Secundum accidens econverso quando inferius praedicatur de superiori, ut ‘animal est homo’, et secundum quod aliqui dicunt, quando praedicatur idem de se, ut ‘homo <est homo>’.<sup>7</sup> Et si dicas: “Numquid dicit Boethius<sup>8</sup> quod verissima<sup>9</sup> est illa propositio in qua idem praedicatur de se?” †ergo contra quod tu dicas† quia propositio potest<sup>10</sup>

<sup>1</sup> universale] accidentale V.

<sup>2</sup> item] inē V.

<sup>3</sup> In *Libro de causis non inventi*. Cf. T 46vA: quia scribitur super librum *De causis* “In quanto aliquid communius, in tanto simplicius”

<sup>4</sup> simplicius *De Rijk*] simplius V.

<sup>5</sup> haec] add. *De Rijk*.

<sup>6</sup> Cf. Porph., *Intr.* 1.18-19.

<sup>7</sup> est homo] add. *De Rijk*.

<sup>8</sup> Cf. Boethius, in *Int. ed. 2<sup>a</sup>*, pp. 479-480 Meiser (PL 64: 628B-C).

<sup>9</sup> verissima est illa propositio] nulla est illa praedicatio V; possit etiam nulla est <verior> illa propositione, sic enim saepe Boethius dixisse asseritur.

<sup>10</sup> potest esse] prout est V.

esse verissima, tamen praedicatio<sup>1</sup> potest esse impropria,<sup>2</sup> quia dixit Augustinus: “nulla est magis impropria illa quando idem praedicatur de se”. Similiter patet quod omnis praedicatio fit ratione communitatis, ut habetur in tertio Metaphysicae;<sup>3</sup> <Commentator> dicit super hoc quod quando praedicatur quod non est magis commune, tunc est praedicatio impropria. Verbi gratia, dicit, †vere† quando idem praedicatur de se.

**N VI.IV.4** Item. Notandum quod †licet dicatur praedicatio, tamen dicit incomplete† quia natura generis est<sup>4</sup> quoddam aliquid commune. Sed, ut dicitur in libro De causis,<sup>5</sup> [quod] quanto aliquid communius tanto simplicius: ergo natura generis est simplex et tale non potest multiplicari. Alia causa est quod natura generis est forma; sed omnis<sup>6</sup> forma, ut dicit Auctor Sex Principiorum,<sup>7</sup> est simplex et indivisibilis; ergo non poterit multiplicari. Item, nullum quod est in ratione termini, est simplex et indivisible. Sed dicit Boethius<sup>8</sup> quod genus potest esse in ratione termini respectu diversarum specierum, sicut punctus in medio circuli respectu diversarum linearum.

**N VI.IV.5** < Cf. R N VI.IV.2, T N VI.IV.5> Item. Notandum quod duplex est multiplicatio; quaedam quae fit per singularem, et talis numquam potest esse in genere; quaedam per pluralem numerum, et talis potest considerari dupliciter, quia aut genus appellatur illud quod est vere genus, et talis<sup>9</sup> non est <multiplicatio>; aut genus <appellatur> illud quod se habet fieri per modum generis, et talis potest esse multiplicatio.

**N VI.IV.6** < Cf. R N VI.IV. 4, T N VI.IV.7> Circa idem est notandum de toto in quantitate quia est totum quoddam in quantitate completum, quando confunditur terminus communis mobiliter vel quando est mobilis confusio ut cum [homo cur]<sup>10</sup> iste terminus ‘homo’ confunditur mo/V 47rB/biliter et

<sup>1</sup> praedicatio *De Rijk*] praecatio V.

<sup>2</sup> impropria V p.c.] impossibile V a.c.

<sup>3</sup> Fortasse Arist., *Metaph.* III.3 respicitur, sed in commento Averrois ibi nihil ad rem invenitur.

<sup>4</sup> est] simplex add. et del. V.

<sup>5</sup> Cf. notabile VI.IV.1.

<sup>6</sup> omnis] hominis V & *De Rijk*.

<sup>7</sup> Cf. Anon., *Liber sex principiorum* 1.

<sup>8</sup> Locum non inveni.

<sup>9</sup> talis – potest esse multiplicatio] tale non est aut genus illud quod se habet fieri per modum generis et talis potest esse genus V; tale non est <genus>; aut genus <est> id quod se habet fieri per modum generis. Et talis potest esse genus *De Rijk*.

<sup>10</sup> homo cur] seclusit *De Rijk*.

potest fieri descensus sub eo sic ‘omnis homo currit; ergo Socrates et Plato’. Aliud est totum in quantitate incompletum, quando terminus communis confunditur immobiliter. Unde est ibi totum in quantitate incompletum.

**N VI.IV.7** Quinto notandum quod differentia est inter communitatem et multiplicationem sive confusionem, nam communitas oritur ex singularibus, et servatur universalitas, secundum quod dicit Auctor Sex Principiorum,<sup>1</sup> quia omnis singularitas ab universalitate procedit. Multiplicitas vero procedit ab universalis et terminatur in singulari, quia multiplicatio est unius in multa vel dicit unius omnis in multa singularia divisio.

**Q VI.IV.1** Quaeritur utrum natura generis multiplicati sit genus.

*1. Et videtur quod sic.*

*1.1* Cum dicitur ‘Illi<sup>2</sup> homines <sunt> animalia’,<sup>3</sup> ‘animalia’ non est accidens hic<sup>4</sup> neque aequale neque differentia; ergo genus. Et est ratio quam facit Auctor in littera hac ibi: ‘Est genus multiplicatum, ergo natura generis multiplicati est genus’.

*1.2* Item. Dicit Aristoteles in II<sup>5</sup> Topicorum quod ad sustinendum utrum aliquid genus insit subiecto alicui considerandum est utrum insit aliqua species ei. Ponit exemplum: si aliquis<sup>6</sup> dicat quod <anima<sup>7</sup>> movetur, videndum est utrum moveatur secundum speciem aliquam motus [anima movetur].<sup>8</sup> Ergo vult quod genus praedicatur per comparationem ad inferiora, et species similiter; et hoc modo genus multiplicatur; ergo natura generis multiplicati est genus.

*1.3* Item. Illa differentia ‘rationalis’ est circa singulare et particulare.

*1.4* Item, omne quod praedicatur in quid in plus se habet.

<sup>1</sup> Cf. Anon., *Liber sex principiorum* 9: “communitas omnis naturalis est quoniam a singularitate procedit”.

<sup>2</sup> illi – animalia animalia] ille homines alia alium **V**.

<sup>3</sup> animalia animalia] alia alium **V**.

<sup>4</sup> hic] hoc **V**.

<sup>5</sup> II<sup>o</sup>] libro **V**. Arist., *Top.* II.4.111a21-b6.

<sup>6</sup> aliquis *De Rijk*] aliquid **V**.

<sup>7</sup> anima] add. *De Rijk*.

<sup>8</sup> anima movetur] secl. *De Rijk*.

## 3. Solutio.

*Ad 1.1* Dicendum quod natura generis multiplicata non potest multiplicari secundum rem, sed secundum sermonem bene potest multiplicari. Unde numerus singularis et pluralis non differunt [secundum<sup>1</sup> rem] nisi secundum modum, quia eadem sunt secundum rem,<sup>2</sup> quia cum dicitur: ‘Isti homines’, sensus<sup>3</sup> /V 47vA/ est “iste homo est animal, et ille, et sic de singulis”.

*Ad 1.2* Ad aliud dico quod genus in quantum genus non potest multiplicari, sed [genus]<sup>4</sup> id quod est genus bene potest multiplicari. Et sic intelligitur Aristoteles II<sup>5</sup> Topicorum. Et hoc est quod dicit.

**LECTIO VI.v**

<VI.12, 86.10> CAUSA AUTEM.

**S VI.IV** Superius determinavit Auctor opinionem aliorum.<sup>6</sup> Hic autem determinat opinionem propriam. Et haec dividitur in quinque. In prima repetit causam illorum. In secunda destruit illam. In tertia probat quoddam dictum. In quarta applicat suam solutionem ad propositum. In quinta destruit quandam divisionem. Secunda ibi <86.15> Dicimus enim quod †Aristoteles†<sup>7</sup>, tertia ibi <86.22> Ut homo constituitur logice loquendo, quarta ibi <87.3> Et similiter, quinta ibi <87.15> Et propter hoc destruimus quandam divisionem. Et haec est divisio lectionis et sententia in generali.

**N VI.v.1** <*Cf. R N VI.v.1.1, TN VI.v.3*> Primum notabile est quod triplex est compositum. Quoddam est compositum naturale, quod constat ex vera materia et vera forma, ut homo constat ex corpore et anima. Aliud est compositum artis, quod constat ex vera materia et ficta forma, ut imago, quia habet veram materiam, ut lignum, et habet formam ab arte. Aliud est compositum ex genere et differentia, et dicitur esse compositum rationis, quod non habet veram materiam neque veram formam; et de isto

<sup>1</sup> secundum rem] *H. Hansen suadente seclusi*.

<sup>2</sup> rem *De Rijk*] re V.

<sup>3</sup> sensus] alius V.

<sup>4</sup> genus] *secl. De Rijk*.

<sup>5</sup> IIº] in V.

<sup>6</sup> aliorum *De Rijk*] aliquorum V.

<sup>7</sup> Aristoteles] in hoc arguento Petrus Hispanus *l.c.*

composito loquimur<sup>1</sup> in Littera quando dicitur quod homo constituitur ex animali et rationali logice loquendo.

**N VI.v.2** Secundo notandum quod forma ration[al]is habet esse a forma naturali, quia anima dicitur esse forma naturalis, et humanitas est forma rationis. Unde humanitas est eadem in omnibus hominibus, sed anima non est eadem in omnibus hominibus. Et causa huius est quia supra diversa principia potest fundari unum principium, ut patet quia homo constituitur ex quattuor elementis, et quattuor elementa sunt diversa principia, et tamen homo est unum<sup>2</sup> solum principium. Ita est similiter quod animae sunt diversae in diversis hominibus, sed tamen humanitas in ipsis secundum quod est anima<sup>3</sup> rationalis [et haec]<sup>4</sup> eadem est. Quod dicit /V 47vB/ Boethius<sup>5</sup> quod participatione[s] unius plures homines sunt un[i]us homo.

**Q VI.v.1** Quaeritur utrum praedicatum multiplicetur multiplicato subiecto.

1. Quod sic probatio.<sup>6</sup>

1.1 Dicit Auctor Sex Principiorum<sup>7</sup> quod accidens et quod ei accidit unum sunt et vocat accidens ipsum praedicatum et quod accidit ipsum subiectum. Ergo vult quod subiectum et praedicatum sunt idem.

1.2 Item. Praedicatum est loco formae et subiectum loco materiae. Sed ex forma et materia fit idem. Ergo ex subiecto et praedicato fit idem.

1.3 Item. Dicit Commentator super IX Metaphysicae<sup>8</sup> quod ens et esse sunt idem. Sed subiectum est ens et praedicatum est esse. Ergo subiectum et praedicatum sunt idem.

1.4 Ex istis tribus argumentis habeo quod subiectum et praedicatum sunt idem. Ex hoc arguo: Quandocumque aliqua duo sunt eadem, ad confusionem et multiplicationem unius sequitur multiplicatio alterius; sed subiectum et praedicatum sunt idem; ergo ad multiplicationem

<sup>1</sup> loquimur – dicitur] fortasse loquitur – dicit scribendum.

<sup>2</sup> unum] verum V & ed. De Rijk.

<sup>3</sup> anima] forma V & ed. De Rijk.

<sup>4</sup> et haec] seclusit De Rijk.

<sup>5</sup> Boethius, in Int. ed. 2a, pp. 229-230 Meiser.

<sup>6</sup> probatio V] probo ed. De Rijk.

<sup>7</sup> Locum non inveni.

<sup>8</sup> Locum non inveni.

subiecti sequitur multiplicatio praedicati. Ergo videtur quod multiplicetur praedicatum.

3. Solutio. Dico quod duplex est praedicatum: accidentale et substantiale. Praedicatum autem accidentale est idem cum subiecto secundum esse, ut ‘homo est albus’. Praedicatum autem substantiale dicitur esse idem cum subiecto per essentiam. Sed duplex est essentia, sc. completa et incompleta. Completa quando definitio praedicatur de definito, vel econverso, et quia definitio et definitum sunt idem per essentiam, sic tunc praedicatum est idem cum subiecto, ut ‘homo est animal rationale mortale’. Aut est essentia incompleta, ut quando aliqua pars definitionis praedicatur<sup>1</sup> de definito, ut ‘animal’ de homine vel ‘rationale’, ut ‘homo est animal’ vel ‘homo est rationale’. Et sic patet quod aliquando subiectum et praedicatum sunt idem secundum esse, aliquando secundum essentiam completam, aliquando secundum essentiam incompletam.

*Ad 1.1-4* Et <ad><sup>2</sup> argumenta patet solutio, quia praedicatum potest dupliciter considerari: aut secundum id quod est, et hoc modo multiplicatur multiplicato subiecto quia intelligitur in subiecto; aut potest considerari in quantum praedicatum, i.e. in quantum est in ratione praedicati, et hoc modo non confunditur neque multiplicatur, sicut patet: albedo potest dupliciter considerari: aut secundum se, hoc est secundum quandam formam, et sic est /V 48rA/ indivisibilis et in simplici essentia consistens; aut potest considerari secundum quod est in subiecto, et sic ad divisionem materiae vel subiecti sequitur divisio albedinis. Et sic eodem modo de praedicato, ut dictum est.

---

<sup>1</sup> praedicatur] ponitur V.

<sup>2</sup> ad] add. *De Rijk*.